

DOU  
GEORGII  
D'OV S. AE,  
DE.  
ITINERIS  
CONSTANTINOPOLITANO,  
Epistola:

Accesserunt veteres Inscriptiones ByZantio & ex  
reliqua Græcia nunc primum in lucem esse, cum  
quibusdam doctorum virorum epistol.



Ex Officina Plantiniana,  
APVD CHRISTOPHORVM RAPHEL ENGIVM,  
Academæ Lugduno-Batauæ Typographum,  
anno. Io. 16.

AVVADUS

62

СИЕ ГЛАНИЦЫ

СОСТАВЛЯЮЩИЕ

СЕГДЯ

СОСТАВЛЯЮЩИЕ

ΙΟΣΕΦΗΙ ΣΓΑΛΙΓΕΚΙ  
I. V. L. C. A. E. S. F.  
ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

Διστάδης φιλόπατρις ὄρχει λίγον παρέδος αὐτοῦ  
καὶ φιλόσοργος τεῖς ιδίας τοκεα,  
ἡθεα τιλεμακῶν ἐπαλώμην, ἀρκετὸν ἐλθεῖν  
καὶ τῷ θεοπάτων ἀργεῖς Υπερβορέων.  
ἐμπόρων, ἡδὲ σοφῶν πλάνησας. τοι μὴν ἐπείχε  
ἡ φιλοξενητίν, τούτῳ δὲ φιλοσορήν.  
ἄμφοιν γέδει μεμαδόσαι θάνατον φροντίς ὄρων  
γέδει ἀντοῖν νόος εἰς, ως οδός έστι μία  
πέντε τῆς ιδίας χρείας χάριν ἐμπορευειν εἶδεν  
Δεστάδης ποιῶντος ἀμφὶ βιωφελίνη.

Dousiadēs patria patriæ studiosus, amator  
Patris sustinuit patro carere suo,  
Oppida perlustrat, erro peregrina, paratus  
Vsque ad Ripeos tendere Hyberboreos.  
Mercator, cupide sayenſis vagantur: at illum  
Vrget opum, hunc varie cognitionis amor.  
Diuersum meditans sententia surgit utriq[ue].  
Nec mens una illis, sit licet una via.  
Mercatores urbes prisatus visere questus,  
Publica Dousiadēn impulit velitas.

In Nobilissimi doctissimique Iunioris  
**GEORGII DOVSÆ**  
Itinerarium Constantinopolitanum,  
& Codicis Græcis Manuscrip. os  
Inde allatos.

**ΔΟΤΣΙΑΔΗΣ** περδίκης ἀνθοὶ βιβλογ-  
ράνος οἰστρῷ,

Καὶ μεցπῶν μεμάδες ἥθεα πολλὰ μαθεῖν,  
Σανεμάτας, Θεράκας τε καὶ αἶγας ἐθνεα ἔγνω,

Πέιραις πεδημίσας τῇλε παῖδης ἑτεοπ.,  
Περοδίνης οὐρέων τοῦ δὲ αὖ νόσοιο τυχόσας,

Τινὸς δὲ ιδίας γένεσι δέξιτον ὁδοιπορίας.

Πᾶς δὲ ἐντολέρωμνος τῆδε αὐτούς μάλα περφερει θυμός,  
Σπεδαῖος, λέξει, ἐστιν ὅδος πίθεος.

Βιβλία δὲ αὐθίς ιδώ, ἀγανάκτης πολλὰ καὶ ἐσθλα  
Ελλάδος ἐπιμιχάτων ἡγαγενεῖ, τοῦδε δέ:

Δὴ τότε ἀγαστά νέον, γρυπῶν λῆμα νέοιο,

Ημίθεος, λέξει, ἐστιν δός τις.

Bon. Vulcanius Brugensis.

5 A

# I A N O D O V S A E

NORDOVICI DOMINO,  
 ARCHIVORVM VSTODIÆ  
 PRÆFECTO, AC SVPREMI IN  
 BATAVIS CONSILII ADSESSORI,  
 Patri suo obseruandissimo, GEORGIVS  
 filius Salutem.



ON ignoras aliantissime  
 pater, plerosque homines  
 insitâ quâdam externa  
 visundi cupiditate fla-  
 grare. Sed & illud tibi  
 probè cognitum est, in-  
 stituta varietatē gentium, ritus moresque  
 hominum, iudicium & prudentiam  
 pluriūm aduere. Docet hoc præclarè  
 suo exemplo Ulysses, qui propter rerum  
 usum atque experientiam quam pere-  
 grinando aequisuerat, Elogium πολυ-  
 θέων ab Homero ferre promeruit. Docet

hoc etiam, præter alios sapientes, philosophorum ille Deus Plato, qui, relicis Athenis ad barbaros profectus, summa prudenter instruatus in patriam rediit. Gentes autem nostræ, quasi peculiare quidam est longinquas ac transmarinas peregrinationes instituere. Et perunt ferè omnes humanioribus literis dediti Galliam, plurimi Germaniam & Italiam, in Græciam tamen à longo tempore, quod sciam, penetrauere quam paucissimi. Quod cum animaduerterem, ipse etiam eodem studio incitatus, & quo honesto proposito plus esset adiunctum periculi & laboris, eo maius decus & pretium esse, animo reputans, relicta communi peregrinantium semitâ, Græciam olim omni humanitatis inuentricem, verum hodie (proh dolor!) Turcicâ pressam seruitute inuisere malui. In quâ peregrinatione quantum profecerim, iudicabunt alij: discere certè aliquid sum conatus. Ad te vero amantissime pater hunc qualemque cun-

DI<sup>T</sup> ITINERE SVO CONSTAN. que profectionis meæ fructum mitto:  
vt hoc modo debitum officij mei per-  
soluam, quod sane à me exigit, vt te de  
vniversâ itineris mei ratione ac serie  
certiorem faciam, vtque, sicut te absen-  
tia mea anxium subinde ac sollicitum  
habuit, ita hac peregrinationis meæ hi-  
storiâ, præsertim si quæ iucunda filio  
euenisse intelliges, aliquo modo fecreem  
atque exhilarem. Quod studiū meām,  
si non iudicio & maturitate, nouitate  
tamen argumenti se commendare po-  
rit. Ann̄ ferè quatuor elapsi sunt, cùm  
è Poloniâ, vbi bienniū fdiomatis cau-  
sâ transegerām, domum reuerterer. Eo  
tempore maior mihi cupido illius lin-  
guæ, cuius beneficio in Turciâ minus  
laborarem, aliquo modo iam gnaro, re-  
giones illas videndi incesserat. Cuius rei  
gratiâ cùm in Germaniam, facto per  
Frisiam itinere, Iano P. M. & Stephano  
fratribus comitantibus, abiissem, Hei-  
delbergam peruetus Musarum domi-  
ciliū petijs. Habet hoc eā Vrbs ante

alias singulare, ut cùm ab antiquo do-  
ctis imprimis viris abundauerit, nunc  
etiam ne iis quidem careat. Incidi tum  
ibi in notitiam Nohilissimi viri Mar-  
quardi Freheri Confiliarij Palatini;  
cum quo, ubi multa de multis familia-  
riter contulisset, deuenimus tandem  
in sermonem de hodierna Græcia. ac  
cùm me incredibili quodam desiderio,  
Byzantium videndi flagrare dicereim;  
iniecit ille sibi librum esse, qui Origines  
Constantinopolœos tractaret, quem si  
Latine vertere vellem, non mediocri in  
Byzantinis Antiquitatibus cognoscēdis  
adiumento mihi futurum promittebat.  
Latabar iam tum me inuenisse, quod  
quærebam. Et quoniam id temporis ali-  
quamdiu Heidelbergæ subtiliter in ani-  
mo habebam, eius exemplaris copiam  
mihi fieri rogaui. Quod ille ubi prom-  
tissime fecisset, dici aor, potest, quan-  
tam ex eius lectione voluptatem ce-  
perim. Cùm autem eundem libellum  
pro meis viribus Latinè transtulisset,

Frehero

Freherd Versionem meam commen-  
 daui, quæam statim, me absente typis  
 excusam publicè legendam proposuit.  
 Fuit mihi ibidem cum doctissimo ho-  
 mine lano Grutero non exigua fami-  
 liaritas, qui tam me amabat, ut si frater  
 eius fuisset, nec ille poruisset maiorem  
 mihi exhibere benevolentiam, nec ego  
 plus officiorum ab illo requirere. Viget  
 & P. Melissi cum parielloquentia singu-  
 lare in Carmine Latino acumen in hac  
 eadem Ciuitate, quæ non ita diu Hiero-  
 nymi Commelini, Iohannis Posthij,  
 aliorumque Doctorum hominum exe-  
 quias, cum magnâ Reipub. Literariæ  
 iacturâ celebrauit. Melissi beneficio,  
 BIBLIOTHECA ibidem PALATI-  
 NA, cui ipse præfectus est, Manuscri-  
 ptis Libris Græcis & Latinis tam refer-  
 ta, vt & Italia ei inuidere possit, sem-  
 per patuit. Cum scire semestre tempus  
 Heidelbergæ versatus essem, Francofur-  
 tum vna eum fratribus redeo: ubi pero-  
 portunè intelligo Legatum à Sereniss.

A s Rege

Rege Poloniae Constantinopoli dire-  
ctum fuisse. Itaque accingo ne profe-  
ctioni, quantâque possum festinatione  
Cracoviâm propero. Vidi in eo iuxinere  
Herbipolim, cum opulentissimo Iesui-  
tarum Collegio, tum Episcopali Sede  
Vrbem imprimis nobilem. Vidi No-  
ribergam ædificiorum elegantiâ, platea-  
rum venustâ dispositione, dædalâ præ-  
terea variarum artium atque opificum  
industriâ eximiam. Vidi etiam in Bo-  
hemicis montibus Balneum Caroli IIII.  
Imperatoris, non ignobilem Vicum,  
nobis ob Fontes calidos, ad quos è lon-  
ginquis regionibus sanitatis causâ plu-  
rimi confluunt, non tacendum, aliaque  
plura haud obscuri nominis Oppida.  
Id temporis etiam Pragæ per aliquot  
dies substiti, ubi, præter alia memoratu  
digna, multa Imperatorum Monumen-  
ta videre contigit. Pragâ Nissam venio,  
cuius loci Episcopus in Silesiâ prima-  
tum obtinet. Ab hac Urbe sex dierum  
iter conficiendum erat, ut venirem Cra-  
couiam;

couiam, quam quidem P. Ascensionis  
Domini aetigi. Cracouia Vrbs, quæ &  
Regia, principem locum in Poloniâ te-  
net. Nonnulli putant eam, à Ptolemaeo  
voce ab appellatione Cracouia non re-  
mota, Carodunum nominari. Iacet ad  
fluum Vistulam, qui etiam Arcem Re-  
giam in editiore loco positam allait.  
Ipsa Ciuitas ædificiorum splendore,  
omniumque rerum affluentia, adhæc  
vario disciplinarum genere cum claris  
Germaniæ vrbibus certat. Subiui hîc  
quendam immensæ profunditatis spe-  
cum, in quo belluam quandam Hol-  
phagum, quæ quotidie multos homines  
absumebat, habuisse, vulgus sibi per-  
suadet: quod rāmen fabalæ quam histo-  
riæ similius doctiores rident. Vidi etiam  
extra Vrbem, quæ iter est in Hungari-  
am, Salinas præstantissimas, quales nec  
in viuero orbe extare existimo, quas-  
que omnibus nationibus pro miraculo  
Poloni ostentare solenne habent. In  
quas cùm id temporis me demitterem,  
putabam

12      G E O R G I I D O V S S E  
putabam me in abyssum terræ descendere. Columnis è sale excisis palinarum concameratio, cui & Oppidum impositum est, fulcitur, quæ & porticas efficiunt tam amplias, ut non opus sit inter ambulandum caput demittere. Cracoviæ cùm propè quatuor menses exegissem, & Legati Regij in Turciam profectio propter obitum Sereniss. Annæ Jagelloniæ Reginæ in aliquot adhuc menses protolleretur, ego longioris in Polonia moræ impatiens Russiam versus iter ingredior. Egresso Cracoviâ statim occurrit collis rotundus & fastigiatus, memoriae, uti tradunt, Vandæ Reginæ, dum singuli Ciues tantum terræ, quantum pileolo suo capere poterant, aggererent, excitatus. Hinc venio in Niepolomice, locum, si quis alias in Polonia, pingui ferina abundantissimum, eoque nomine venerationibus Regum imprimis celebrèm. Quatuor circiter ab hoc loco dierum itinere (neque enim singula oppida recensere opus habeo)

habeo) Jaroslaviam venio, Oppidum cum Iesuinarum Seminario, tum mercatu equorum & boum, qui singulis annis xv. Aug. ibi celebratur, imprimis spectabile. Jaroslaviā venio in Iauorow, illustris ac generosi, mihique multis nominibus amicissimi Ioannis Felicis Herbulti domicilium, qui superiore anno ad Imperatorem Tarcarum cum magnâ laude suâ Oratorem egit. Hinc, sexto postquam Cracoviā discesseram die, venio Leopolim. Vrbs est satis munita, emporio vini Cretici, aliarumque è Turciâ mercium, adhæc Cuium erga aduenas comitate florens: sed & Sede Archiepiscopali, cui nunc Reuerendiss. Deinetrius Sulicouius, præter exactam Sacrarum literarum cognitionem, humanitatis etiam studiis haud defunctoriè imbutus) præsidet, non ignobilis. Sunt in hac Vrbe quatuor diuersæ sectæ, nimirum Græca, Latina, Armenica & Iudaica: Reformatæ tamen Religioni summo studio ac vigilantiâ mirificè obsistunt.

obſiſtunt. Huic Vrbi plurimum iude-  
 bere fateor, quod hic cum Simeone Si-  
 monide hospitium & amicitiam con-  
 trahere licuerit: qui Vir quanto Orche-  
 stræ plausu Parnassi calleū iuſtiterit, è  
 ſcriptis eius editis Aelinopæane videli-  
 cet, & Caſto Iofephō, tum Ioēlis illâ Pa-  
 raphraſi ſatis ſuperquæ conſtarē arbi-  
 tror. Huic non inferior eſt Andreas  
 Madrowic eiusdem Ciuitatis Secreta-  
 riū, cuius iingenij canorem cum pari  
 certitudine eruditione ſatis admirari  
 non potui. Vterque istorum oculitus  
 me amabat, neuter ſtudiis meis bene  
 non cupiebat. Postquam aliquamdiu  
 Leopoli degiſſem, ſerio tandem de iti-  
 nere Turcico capellendo cogitare cœpi.  
 Quo quidecim tempore exoptata mihi  
 occasio oblata fuic, vt cum Polonis &  
 Armeniis Simelum ad Danubij ostia  
 diſcederem, vnde poſtea nauigio Con-  
 ſtantinopolim ueniremū, id quod ad  
 compendium itineris multò expeditiſ-  
 ſimum videbatur. Digredi itaque Leo-  
 poli

Simon  
Simonides

Andreas  
Madrowic

poli quinto die appulimus Cameneti-  
tiam, in quo itinere aliquot vidi Oppi-  
da, quæ, ne iusto longior sim, & quod  
videam non magnopere accuratâ de-  
scriptione egere, omittere malui. Sunt  
in hoc toto tractu homines fædo & ir-  
solito capillorum vitio, quod suo idio-  
mate goscic indigitant, laborantes: quo-  
rum crines in nodos inexplicabiles  
contorti conglomeratiq[ue] è capite in  
humeros usque dependent: quos non  
malè pilulis luteis ouium captarâmve  
elunibus enhærentibus comparaueris.  
Quibus, ut puto, non minus deformes  
videntur Sarmatæ illi, quam se ornatos  
olim egregiè credebant, quâdo Romam

*Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.*

Malum hoc medelam non admittere,  
nec sine manifesto vita discrimine rese-  
cari posse, quin & ei obnoxios statis  
temporibus lumbagine, capitis, ar-  
tuumque doloribus vexari, eiusque nul-  
lam aliam esse causam, quam Tyræ flu-  
minis potum, incolæ mihi persuade-  
bant.

*Goscic  
usq[ue] tunc  
capillorum*

bant. Cameneta super arduam cliuo-  
 samque rupe m condita est, que fossâ  
 naturali cingitur. Vrbem ipsam simul  
 cum fossâ rupes altissima ita suo ambi-  
 tu includit, ut mænia Cyclopum mani-  
 bus fabricata representare videatur.  
 Huic Vrbi si industria hominum acce-  
 deret, natura que artis auxilio paululum  
 iuuaretur, haud scio an quidquam  
 aliud munitius sol aspiceret. Sed enim  
 gentes Sarmaticæ non ad modum Vr-  
 bius munitionibus delectari videntur:  
 totum Regni sui columen nec in mu-  
 rorum firmitate, sed in Equestrium co-  
 piarum præsidiis, armorumque atque  
 animorum robore collocantes. Came-  
 netiâ transgressi fluuium Tyram ab in-  
 colis Nyestr dictum, Chotimum veni-  
 mus, primum Moldauicæ ditionis Op-  
 pidum. Est hic Aex. in editâ rupe non  
 contemnenda, quæ perpetuo Heiduc-  
 conum (ut vocant) præsidio custodi-  
 tur. Chotimo profecti, sex dies rum iti-  
 nere peracto, attigimus Iassum satis fre-  
 quens

*Chotimū*

*Jassum*

quens in colis & peregrinis oppidum; &  
 quondam fuit Palatini Moldauiae; dum  
 Arx illa staret, quæ ante paucos annos  
 à Cosakis diruta est, domicilium. Et te-  
 loniis mercium; quæ hæc rati in Polon-  
 iam, quam Turciam transfeunt, vexti-  
 gal maximum Palatinò prouemit. Haud  
 longo à Iassy interuallo, apud pagum  
 Czetczorū vidimus fossas & propulsio-  
 gnacula, quæ Poloni ibi struxerunt, cùm  
 ante annos quinque denis non amplius  
 armatorum millibus octoginta Tatar-  
 orum millia, felici ausu, nec minore  
 summi Imperatoris sui Ioani Zamosciī  
 armatae pariter ac togatae militiae Prin-  
 cipis virtute atque industria profligav-  
 rent. Post hæc spatio octo dierum ve-  
 nimus Smielum Turcicæ editionis opu-  
 pidum; ad ripam, ut dixi, Danubij riv-  
 tum! Dum in hoc itinere eramus, vi-  
 dere contigit pagos complures; ubi ho-  
 mines in specubus subterraneis habiti  
 tabant. Smiecli uberrima est optimo-  
 rum piscium captura; atque ex eo vili-  
Smielum

tas: inter quos Cyprini immodico ab-  
domine conspicui præcipue cœrimen-  
dantur: qui non in Græciā modò,  
verūm etiā in occiduas partes vena-  
les pàssim transportantur. reliqua au-  
tem edulcia, vt carnes & lacticinia, ma-  
gno satis veneunt. Auenæ imprimis,  
hordei & fœni non exiguum pretium:  
aduehiere illa oportet si quis eis suis  
de pabulo prospectum velit. Genus  
hominum iñ hac regione multo im-  
probissimum; prauo sanè ingenio sub-  
doloque ac versipelli: qui vnde nomen  
& originem traxerint, ex Annalibus N.  
V. Stanislai Sarnicij notum est. Smielo  
per ostium Danubij in Pontum Euxi-  
num, quem Turcæ <sup>فَرْج</sup> <sup>cara de-</sup>  
<sup>nū;</sup> hoc est, Mare <sup>مَرْكَب</sup> <sup>nigrum</sup> vocant, iucundissimâ nauigatione de-  
lati sumus. Non male fortassis huic  
loco conueniet referre, quid id tempo-  
ris in naui, quâ vchebamur, acciderit.  
Præter Polonos & Armenios (qui na-  
uem conduxerant) adiunxerat se comi-

tatui

tatui nostro nescio quis Turcici generis mangō: qui duas mulieres cum puerō in Moldauiā emptas pretio suas fecerat: quas Constantinopolim aueherē properabat. Erant ibidem aliquot etiam Calogerī (ita Monachi, qui sanctitatis & doctrinæ specie reliquos antecedunt, appellantur) quorum vñus nullum morūm Turcicorum vsum habens. (nam Rutenus erat) palpō sibi puerulum Turcæ conciliabat. Quod herus animaduertēns statim ē cubili suo prorumpit, atque ita caput istius infelis Monachi fuste dedolat, vt ille verberrando, hic vapulando maxime defatigetur. Iamque eō res deducta erat, vt Monachium in mare abiecturus fuerit, nisi nos supplices, vt misero illi parceret, precibus ac blanditijs intercessissimus. Triste sane spectaculum, & quod lacrymas homini Christiano exprimeret, hoc videbatur: vni nempe Mahometano, tot Christianis præsentibus (nam septuaginta circiter numero era-

B 2 mus)

20 . M A G .  
GEORGIE DOVIS AD  
mus) tantum urisesse ac licentia. Sed  
profecto ita res habet, eum, qui cum  
Turcis (ut postea veterius narrabimus)  
versaturus sit, a mulieribus, pueris, &  
mancipiis eorum abstinere; neque ma-  
rus solum, sed vero & oculos & lin-  
guam domitos habere oportet. Quinto  
die, ex quo Siniclo solueramus, Bospho-  
rum Thracium vidimus, sed antequam  
in Bosphorum venias, scopuli duo,  
quos Cyanreas & Synplegades olim  
Graei dixerunt, ad dexteram in ipso  
Porti ostio occurserunt, in quorum uno  
Columna vetas est in marmore candidis-  
simi, quam vulgus Pompei nominat,  
posita est. In basi huius Columnæ In-  
scriptionem Latinis literis incisam ani-  
maduerti, ceterum ita vetustate tem-  
poris exesam, ut si eam I. Leunclavius  
V. N. & in hoc studiosum genere haud  
tralaticie versatus, non eruisse, a ne-  
mine legi posset. Ea est huiusmodi,

DIVO

(num)

B

## DE ITINERE SVO CONSTAN. 22

DIVO CAESARI AVGUSTO

CLANNIDIVS

MENON ALEXANDRO.

Bosphori dextrum latus longissimam  
 Oppidorum ferie prætexitur. Sinistrum  
 non tam ædificiis oblectationi dicatis;  
 quam collibus fructiferis, hortisque  
 Regiis colluced: quos singulos quid  
 aliud esse dicam, quam Thessalica illa  
 Tempe amoenissima, sed longè amœ-  
 niora, nisi ea Lapithæ Centauri haud  
 secus quam Hesperidū pomaria draco  
 ille, custodirent, proculq; spctatores  
 arcerent. Medio circiter inter Bosphori  
 fatices spatio, Arx est munitissima, quā  
 hodie Turcæ pro carcere insignium  
 captiuorum videntur: habet tres maxi-  
 mas turres, quarum crassities, ut Laonius  
 obserualuit, ad triginta pedes exten-  
 ditur. Muro vadique viginti duos pe-  
 des latœ ea Arx circundata est. Huius  
 cōlibentius meminisse inducor, quod  
 ex eâ, cùm essem Constantiopolis, qui-  
 dam popularis meus I. Adrianus Can-

B 3

tius,

Adrianus  
Cantius

22 MA GEORGII DOVSAL  
tius felicius, quam pridentius elapsus  
est. Eum Hagiensis quidam Apołata  
Kaike Mekemeth duarum (nisi me ratio  
fallit) triremium Præfectus; Constanti-  
nopolim porro captiuum peruerterat;  
id illuque Imperatoris, spe ingentis ob-  
redemptionem pretij allecti, in hanc Ar-  
cei coniecerat. Iam hæc triennium  
in ea sub artissimâ habitus fuerat cu-  
stodiâ, cum illi Deus (quod dicitur) ex  
machinâ præsto fuit. Sub matutinum  
lucis crepusculum felici ausu surgens,  
et in reseratas omnes ianuas offendis-  
set, in planicie Arcis, clam custodi-  
bus, descendit: dumque de muro Ar-  
cém ambiente transcedendo cogita-  
ret, & in varias partes oculos coniice-  
ret, ecce funem ab arboſe quâdam mu-  
ro proximâ pridentem offendit, quo  
apprehensa cum murum ascendisset,  
facile se in alteram partem incolunem  
demittit. Veniebat eo tempore furtim  
in domum Oratoris Angli, quæ Chri-  
stianorum captiuorum perfugio Asyli  
instar

instar patebat; ubi & triduum continuum sub strue lignorum latuit, unde non multo post saluus & incolmis in Hollandiam redit. Arcis istius Praefectus, cum mane captiuum Imperatoris frustra quæsiuisset, repente sandam luto implet, eamque cum cadaue-  
 re(vti prætexebat) de mortui, in Bospho-  
 rum abiicit; haud ignarus quid suo de-  
 cessori acciderat, qui, cum aliquot Nobili-  
 les Germani ex eadem Arce paulò ante  
 euasissent, ab vincere ferre suspensus incu-  
 riæ suæ pœnas dederat. Supra Bospho-  
 rum celeberrima Constantinopolis sita  
 est, loco tam cōmodo, ut Principatum  
 totius orbis præ se ferre videatur. Est  
 in Europâ, habet in conspectu Asiam, à  
 dexterâ Africæ, à sinistrâ Scythicis re-  
 gionibus, nauigandi cōpportunitate op-  
 ponitur. Portus eius tantâ magnitudine  
 & cōmoditate cæteris antecellit, ut  
 (Manuele Chrysolora teste) triremes &  
 naues, quæ vspiam locoruim fabricatae  
 sunt, in sinum suum recipere possit.

Duabus partibus ita mari alluitur, ut ferre peninsulam quandam referat, tertiam reliquo continenti lungitur. Ipsa Vrbs septem colles, unde etiam ἐπάλοφος à Græcis nominatur, complectitur; in singulorum collum fastigiis Templa & Mau-  
solæa sumptuosissima Imperatorum Turcicorum spectantur. Vrbis muri, qui nescio quâ in re ambitu suo Babylonicis inferiores videri possint, partim lapidibus quadratis, alijs cimentitiis nonnulli interpositorum laterum ordinibus constructi sunt. Portas in circuitu viginti quatuor habet, quarum nouendecim mare, quinque terram spectant. Collucet vniuersa Cittas (ut interim de Templis, Xenodochiis, & Balneis Turcicis nihil dicam) Bassarum palatiis tam amplis, tam magnificis, ut stuporem spectatori incire possint. Ipsa Regia vestus Byzantium occupat, in qua latissima Imperator habitat. Hanc, cum Generosus Dominus Stanislaus Gol-

Stanislaus  
Golsing

scius Regni Pol. Legatus osculo manum  
Duximus B. + Impre-

Imperatoris supplex veneraretur, ingressus sum. Sedebat ille intra ædicula marimoream, auto geminisque mire fulgentem. Solium eius perquam humile pretiosissimâ veste stragulâ, puluinisque exquisito opere elaboratis instratum erat. Aderant illi præter maximam Turcicorum Nobilium frequetiam, aliquot Ianizatosum millia, qui ingenti cum silentio tam immoti stabant, ut statuæ potius quam homines esse viderentur. Huius autem amplissimæ Ciuitatis Imaginem videre qui volet, eum Bibliothecam Academiæ nostræ adire melius est; ubi Turcica Constantinopolis in Tabulâ xl circiter pedes oblongâ, Dædalico plane opere manu Melchioris Lorichij delineata, beneficio Nicolai Vanderuilij suspensa visitur, in quâ Imperatoris Regia, cum Templis & Palatiis Turcicis tam accurate expressa sunt, ut ea nihil elaboratus posse fieri, iudicare ausim. Visuntur adhuc quibusdam in locis Virbis ve-

GEORGII DOVSÆ  
terum Ornamentorum admixanda ve-  
stigia: de quibus singulatim referam,  
vbi prius de morib[us] Turcarum ali-  
quid interposuero. Etsi autem videar  
in hoc scribendi genere actum agere,  
ramen qui hæc nostra percurrere volu-  
erint, fatebuntur (sat scio) se etiam  
aliquid in rebus Tūrcicis profecisse.

*Ieiunium  
Tascay*  
Quo tempore Byzantium appuli, Tur-  
cæ Esuriales Ferias, quæ decursu Lunæ  
apud eos terminantur, agebant, de qui-  
bus primùm aliquid dicere, non erit for-  
tesse à p[re]senti instituto alienum. Hoc  
Ieiunium ita strictè obseruant, ut à  
mane, ad vesperā usque, nihil degustent  
nec cum mulieribus interea rei quid-  
piam vel commercii habeant: quo qui-  
dem tempore Talismati, (hi sunt Tem-  
plorum Ædis) ex altis turribus, unde  
clarâ voce quinq[ue]ies in die ad rem Di-  
uinam populum conjucant, lumen  
suspendunt: ac per totam ferè noctem  
ingenti apparatu & luxu cœnuiua agi-  
tant. Ieiunio absoluto, solenne Pascatis

*Ieiunium  
Tascay*

Festum,

Festum, quod **بُويوك بَرَمْ** *buiuk baram* in digi- Pascha  
 tant, magno plausu & festiuitate per aliquot dies celebrant: iuuenes & viri per compita ludibundi cursitant, oscillis in aere librati iactantur, ac omnis generis ludicra, quæcunque homini in mentem venire possunt, sed temporis publicitus spectanda exhibent: quo etiam (præter varia Monachorum genera) quendam, qui non (vti. Soterici nostri) Fibulatus, sed Annulatus incedebat, videre contigit. Noli hic expectare, ut ibi de instituto horum Monachorum, siue mendicorum potius, aliquid narrem; neque de **مُفْتَى** *Muphti*, qui eam apud Turcas autoritatem obtinet, quam Papa apud Latinos, neque item de Basis, capitibus scilicet Consilij Imperatorij: quæ alioqui tam è Busbequio & Leunclauio, quam aliis huius ætatis scriptoribus cognosci possunt. Ad mulieres venio, à quibus imprimis abstinentium esse, superiùs dicere institueram.

28 GEORGIVS DIOVIS AE ACT  
ram. Haç ita domi abscondunt, ut nec  
è fenestris illis prospicere licet. Quæ  
in publicum prodeunt, infames ha-  
bentur, & ita tamen teatæ oncedunt, ut  
nulla earum corporis opus ad conspe-  
ctum pateat. Ne propinquus quidem,  
nisi certo annitempore, eas videre per-  
mittitur. Siquidem arimis penitus mo-  
biberunt, non posse mulierem à viro  
sine potuandi libidine; ac proinde sine  
mentis labore conspicit. Honori Chri-  
stiano interdum capitale, nisi argento  
pæueniat, cum Turcicâ militare collo-  
qui: cuius rei exemplum quendam Ar-  
menium tibi dabo. Is cum aliis mer-  
catoribus Leopolitanis in Obluczice ad  
Danubium venerat. cuimque adhuc iu-  
uenis esset, & exigua in Turcidorum mo-  
rum notitia haberet, cum feminâ qua-  
dam quam forte conspicabatur, sermones  
ferere institit. Mulier non tam aliam  
ob causam, quam quod Christianus  
Turcico idiomate loquetur, in irataj  
ei respondet, aë tandem sermone ultrò  
citroque

citroque habito, ad hospitium Armenij, ubi etiam cœbat, se contulit. Interim exploratores, qui nesciam in Turcâ desunt, hanc rem ad Iudicem deferunt, dicentes feminam Turcicam in domum Pagani iuvisse. Iudex postridie manè, muliere in carcere, detrusâ, Armenium ad se venire iubet: qui cum adesset بِرْجَانْ (inquit Iudex) virum جُورْ ne tu Deum, & ius Musulmanicum reueneris? Quidnam te (Pagane) commouit, ut tu cum Orthodoxâ muliere rem haberes? An nescis talia scelera Legibus nostris igne puniri? Tum Armenius: si quâ in re deliqui, adest Senior in nostro comitatu, qui mihi ex praescripto Priuilegij, quod à vestro Imperatore habemus, multam irrogaturus. Iudex hoc audito, Senior rem acciri iubet eique dicit: Hic Armenius te appellat, dicens vos nescio quo Priuilegio donatos. Senior statim Diploma profert, ubi inter alia & hoc continebatur: quod nimirum Armenius alicuius

30. GEORGII DOVSÆ  
alicuius criminis reus, non à Iudice  
Turcico, sed à suo Seniore puniri de-  
beat. Lecto Decreto Imperatoris, in-  
quit Iudex: Bonum habetis Priuile-  
gium, sed h̄c non additum est, vobis  
licere cum Turcicis mulieribus rem  
habere. Quod dicto, in carcerem Ar-  
menium mitti iubet, ex quo postea  
magno auri pondere se redimere habuit  
necessum. Sic Armenio colloquium illud  
cum muliere Turcica, haud impunè  
processit. Quod de mulieribus, idem  
& de pueris sentiunt, quorum amori-  
bus, si quæ alia genit, præcipue Turcæ  
indulgent: in quos emendos non dubi-  
tant aliquando centum, imò ducento-  
rum aureorum summam impendere.  
Etiam hos septis ædium includunt, nec  
antequam mercum lanugine vestitum  
fuerit, exire permittunt. Eorum enim  
pulchritudo passim Constantinopoli fe-  
lium pulliarū insidiis obnoxia: Quod  
etiam quidam Nobilis Polonus, cum  
Oratore sui Regis cō appulsus, expertus  
est, cu-

est, cuius fidei ac patrocinio ingenuæ  
indolis ac formæ puer concreditus har-  
paces plagiariorum manus effigere non  
potuit. In deuio aliquo Vrbis angiportu  
furtim abreptus, ac nescio quo terra-  
rum asportatus & quidem impunè:  
tamen tamen ad raptore vestigis persequen-  
dos, ac puerum reflagitandum Conqui-  
satores ab Imperatore publicitus dati.  
Etenim puer illo nusquam comparuit  
postea, quemuis non minore & quam à  
Tyrinthio quondam Hylas clamore ac  
conuicio per dies aliquot quesitus ac  
flagitatus. Iam quod initio dicere initi-  
taeram, à mācipiis Turcicis Christiano  
abstinendum, exemplo, cuius ipse ocu-  
latus fui testis, comprobabo. Erat qui-  
dam aurifex, mihi perquam familiari-  
ter notus, natione Transilvania. Is ser-  
monem cum seruo quodā contulerat,  
qui ab eo tempore post aliquot dies au-  
fugerat. Turca mācipium suūm au-  
fugisse videns, domum istius aurificis  
petit, ac seruum sibi restitui imperiosè  
flagitat.

GEORGII DOVSÆ  
flagitat. Aurifex nullius sibi, culpæ  
consciens, cùm de suo capite Comitia  
fieri videret, statim fugam arripit, ac  
magno clamore <sup>oratio</sup> اولیه <sup>ben</sup> lutran ublan, hoc est,  
Seruus sum Oratoris Angli, ingeminat;  
tandemque in domum Oratoris ma-  
gno ciulatu euadit. Furca non impi-  
gro gressu reum suum assequutus, &  
torto collo eum ex domo retrahit, & ad  
<sup>العنبر</sup> Subassi (is in Galatâ Iudicem  
rerum capitalium agit) pro-  
uocat. Iamque eo res decidita erat, ut  
aurifici complices induerentur, pessi-  
mis insuper modis multando, nisi Ora-  
tor Anglus pro illo intercessisset, Tur-  
cæque impetum largitione aliquâ miti-  
gasset. Hæc siquidem una ratio est  
Turcarum ingenia, fera alioqui & in-  
tractabilia deliniendi. Ac nisi argento  
& muneribus flecterentur, Lestrygonas  
ac Cyclopas, ut puto, immanitate supe-  
rarent. Sed & Monachi illorum, qui  
vulgò tantum non pra. Diuis haben-  
tur,

tur, nulli magis rei quam lucro inhiant.  
Certè ~~vix~~ fieri potest, ut Christianus  
quispiam die Veneris, qui ~~eis~~, ut apud  
nos dies Solis, festus est, in publicum  
prodeat, cui statim Monachus aliquis  
rosam, tulipam, malum citrum vel an-  
ratum non obtrudat, quod Christianus  
numimo aliquo duplo triplōve pluris  
valente rependere debet. Janizari, (sic  
Prætoriani milites vocantur). Oratori-  
bus plerisque Christianis similes quis-  
quilias non sine honoris exhibitione of-  
ferunt, pro quibus interdui dexteram  
argento grauidam reportant; quod qui-  
dem illis minime inuidendum est, cum  
alioqui fidelissime Christianos opis in-  
digos à petulantia Turcarum defen-  
dant. Vnum de multis fidelicitatis à Jani-  
zaro mihi præstite exemplum accipe,  
& ride. Cum aliquando ad Templum  
Sophiæ, præcedente Janizaro, me con-  
ferrem, agabo quidam Turcicus equo  
sui Domini infidens, & plures equos  
ponè se trahens, ignarus mihi adesse Ia-

C nizarum,

nizarum, qui iam aliquanto longius antecesserat, oram mei pilei  
bre gaur, hoc est, *vah Pagane*, جری  
addito, cum ludibrio quodam tecigit.  
Ego istius iniurie impatiens, statim  
meum Ianizatum voco, mihi iniuriam  
à pessimo illo agasone, qui iam securus  
equitabat, illatam conqueror. Ianiza-  
rus hoc intellecto approperat: respicit  
agaso, ac sibi periculum imminere vi-  
dens, & quo suo calcar addit, & procul-  
dubio evasisset, nisi doruili quo reliquos  
equos ducitabat, ei de manibus exci-  
disse. Accurrit itaque Ianizarus cum  
perticâ suâ arundineâ, Herculis clauæ  
non absimili, eamque quantâ vi maxi-  
mâ potest aliquoties non sine horrisono  
fremitu in caput agasonis impingit.  
Agaso interim plateam clamoribus im-  
plebat, omnia sibi ossa comminuta con-  
querens: & certe nisi populus Ianizari  
imperium aliquo modo cohibusset,  
agasone in ad mortem usque (ut mihi iu-  
rabat) multauisset. Ego postea pro illo  
beneficio

beneficio Ianizarum vuae succo impleui; cuius quidem dulcedine eò magis Turcæ attrahuntur, quo minus illis vinum bibere permittitur: Vidi quendam امير افندى Emir Aphendî (hoc nomi- ne ē Mahumetis stirpe prognati appellatur) qui cùm ad prandium Oratoris Angli accessisset, tantum vini exhauriiebat, ut mero sopitus humi sternereetur, totumque pavimentum frustis esculentis vinum redolentibus onspurcatet: Quod ideo referre visum, ut cognoscas quanto cùpientius vulgus Turcarum liberiore, quam illi, conscientiâ vtentium, se vi- no, si copia daretur, obruerent. Ego mehercule raro Turcam à mensâ Ora- toris Angli pēdibus suis domum redire animaduerti. Iam verò de Ianizaris lon- gum esset omnia dicere: & quainuis ē superiore exemplo facile patcat, quahtâ illi inter Turcas autoritatē polleant, ta- men ne hoc quidem pr̄termittendum est, Ianizarum capitali iudicio postu-

latum, non more aliorum sonum de  
die puniri, sed noctu in profundum  
demergi, ac tum in damnati memori-  
am bombardam explodi; id quod sæ-  
piissime, dum Cœstantinopoli vixi, me  
audire commemini. Iam quod ad ip-  
sam Vrbem attinet, dixi in eâ nonnulla  
veterum ornamentorum admiranda  
vestigia restare, de quibus etiam aliquid  
audire, iamdudum fortasse desideras.  
Extat Diuæ Sophiæ Templum, quod  
aliqueties exalceatus, ne pavimentum  
ex opinione Turcarum profanare vi-  
derer, perlustrauimus. Est reuerâ moles tam  
magnifica, tam excellens, ut eâ nihil  
augustius, aut in speciem magnificen-  
tius Solem illuxisse arbitreris. Si quis pro  
amplitudine eius aliquid dicere insti-  
tueret, incassum laboraret, nunquam  
vtique ad orationis suæ scopum per-  
uenturus. Nec mihi ergo, qui in hac  
Epistolâ breuiloquentiæ studio, de eâ  
verba facienda sunt. Quis enim tam  
compositè & aptè aliquid diceret, quod  
huic

huic harmoniæ & fabricæ conueniret? cuius minimam etiam particulam si describere vellem, pro operis dignitate id facere nunquam possem. Templum hoc præ reliquis religioso affectu à Turcis frequentatur. Sub Baslazetke triginta sex millia, qui illud Religionis ergo adirent numerata fuisse, Antonius Mæninus est autor. Cùm viderent nre Turcæ stupore quodam attonitum hoc Templa in iugiter dicebant;

جور  
اعترکی سان  
بولور جونله هار نستی یون علمدی  
Giaur egarki sen musulman olur, bollur bunda her neste ien gelmade. hoc est, Paganæ, si tu volueris Orthodoxus fieri, licebit tibi quotidie huc intrare. Tum ego nihil aliud, quam <sup>بن</sup> مسلم <sup>اویس</sup> ben musulman olmas, hoc est, Certum mihi esse in fide meâ remanerere, respondebam. Ea autem est Ma-

38 GEORGII DOVSÆ  
humetanorum opinio, se de nullo me-  
lius mereri posse, quam de eo, quem  
certo exitio (vti sibi persuasum habent)  
destinatum ad suam Religionem tradu-  
cunt. In hoc Templo præter alia, quæ  
Gyllius diligenter obseruauit & de-  
scripsit, monstrabant mihi Turcæ Co-  
lumnæm quandam marmoream indu-  
cto ærrearum laminarum tectorio infe-  
rius cooperata, è quibus sudor perpe-  
tuò prorumpit, quem ipsi pudicâ su-  
perstitione sudariis suis extergunt, &  
aduersus varics morbos conducere sibi  
persuadent. Huic Templo Hippodro-  
minus vicinus est, ubi insignis Obeliscus,  
cum Colesso structili & tribus Serpenti-  
bus æneis inter se circum implicatis yisun-  
tur. In stylobata Obelisci uno latere  
Græcum, in akero Latinum Epigram-  
ma his verbis incisum est;

DIFFICILIS QVONDAM DOMINI PARERE SERENIS  
IVSSVS ET EXTINGUIT PALMAM PORTARE TYRANNIS  
OMNIA THEODOSIO CEDVNUS SUBOQUI PERENNI  
TER DENIS SIC VICTUS SECUNDUS MITVSQUE DIEBVS  
IUDICE SVB PROCLO S. SELATVS AD AVRAS,  
KIONA

KIONATΩΡΑΠΛΕΥΤΡΟΝ ΑΞΙΘΟΝΙΚΕΙΜΕΝΟΝ ΑΧΘΟC  
ΜΟΥΗΟC ΑΝΑΣΤΗCΑΙ ΘΕΤΔΟCΙΟC ΒΑΣΙΛΕΥC  
ΤΟΛΜΗCΑC ΠΡΟΚΑΟC ΕΠΕΚΕΚΛΕΤΟΚΑI ΤΟCΟC ΕCΤΗ  
ΚΙΩΝ ΗΕΛΙΟC ΣΝ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΔΤΩ .}

In Colossi stuctilis basi versus sequentes  
pulcherrimis literis incisi leguntur.

+ ΤΟ ΤΕ ΤΡΑΠΛΕΥΤΡΟΝ ΛΑΤΜΑ ΤΩΝ ΜΕΤΑΡΓΙΩΝ  
ΧΡΟΝΩ ΦΑΡΕΝ ΝΤΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟC ΔΕΣΠΟΤΗC  
ΟΤ ΡΩΜΑΝΟC ΠΑΙC ΔΟΖΑ ΤΗΣ ΣΚΗΠΤΟΥΧΙΑC  
ΧΡΕΙΤΤΟΝ ΝΕΟΥΡΓΕΙ ΤΗΣ ΠΑΛΑΙ ΘΕΩΡΙΑC  
Ο ΓΑΡ ΚΟΛΟΣΣΟC ΘΑΜΒΟC ΉΝ ΕΝ ΤΗ ΡΩΣΩ  
ΚΑΙ ΧΑΛΚΟC ΟΤΤΟC ΘΑΜΒΟC ΕCΤΙΝ ΕΝΘΑΔΕ.

Extat etiam è regione Diuersorij, in quo  
Cæsareos Oratores hospitari mos est,  
Columna Constantini Purpurea, in cui-  
ius summitate spondylus ædificatus est,  
in quo eiusmodi Inscriptio appetet:

ΤΟ ΘΕΙΟΝ ΕΡΓΟΝ ΕΝΘΑΔΕ ΦΑΡΕΝ ΧΡΟΝΩ  
ΝΕΟΙ ΜΑΝΟΥΗΛ ΕΥΣΕΒΗΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ.

Hæc Columna, ut & superior Obelis-

40 GEORGII DOVSÆ  
cūs, cum tribus Serpentibus æneis penes  
me depicta est. Columna autem quæ in  
*Aurat basar*, hoc est, *Mulierum Foro* vide-  
tur, ei quæ Rōmæ in Campo Martio  
posita est, quantum ex picturâ conie-  
ctore possum, similis est. Extat etiam  
Aquæductus admirandæ altitudinis,  
longè supra omnes domos eminens,  
quem ab autore Valentianum nomi-  
nant. Ex multis præterea, quibus olim  
abundabat Ciuitas Cisternæ, unica  
tantum, eaque Basilica, re iquis in alios  
vissus conuersis, incolumis permansit.  
Hanc Generose Domino Stanislao Gol-  
scio, Regni Poloniæ legato, comite,  
prælatis funeralibus inspexi. Ruum  
quendam, quem Theodosius Zygoma-  
las Cydarin esse vult, magno mūrīmure  
hoc loco se effundere vidimus. Eius  
concamerationem plusquam quingen-  
tis Columnis marmoreis, falciri, idem  
Theodosius nobis retulit. Ex tot præ-  
terea antiquis Palatiis, nullius nomen  
extat, præterquit in ynius Constantini,  
ex cuius

ex cuius ruinis aliquot Columnæ mar-  
 moreæ adhuc restant, & Cisterna arida,  
 in quâ mœo tempore Elephas cum Ca-  
 melopædali stabulabatur. Et hæc qui-  
 dem de huius Vrbis veterum monu-  
 mentorum reliquiis. **Quis** verò iam  
 non doleat, tot reliqua Palatia, Tem-  
 plæ, Columnas; quibus olim Augusta  
 illa collucebat. **Ciuitas**, ita funditus  
 euersa, ut ne nomina quidem eorum su-  
 persint? quis supinæ Græcorum osci-  
 tantiæ non irascatur, qui ita rerum sua-  
 rum incuriosi deprehenduntur, ut ne-  
 mo ybi monumentum aliquod antiquum  
 fuerit nosse hodie desideret? Ne-  
 que solum ipsi ab omni Antiquitateis  
 scientiâ abstinent, verum etiam exterorū  
 impediunt, quo minus ullâ dere liberè  
 percontari audeant. Et nisi illos vino  
 interdum deposueris, nisi Græco more,  
 πολυζεων αφαιδ, exclamaueris, oleum  
 & operam perdideras: neque tamen  
 quidquam ab eis reportaueris nisi nu-  
 gatoria quædam, nisi mōrem bibendi,  
Græcorū p[ro]f[ession]antia  
 quia ad

qui ad eos, Iure quasi hæredizario ab antiquis Byzantiis deriuatus videtur.

Theodosius (quem superiùs nominauit) quoniam magnam ex Antiquitatis studio capit voluptatem, & libeter cum exteris, si quid singulare nouit, communicat, pro Hæretico apud vulgus (id quod s̄apē apud me conquestus) sugillatur.

De Beatissimo Patriarchâ Meletio ut etiam aliquid proferat, eius meretur singularis eruditio, & exigit à me summa cius in me humanitas, benevolentiaque, quam in literis ad te scriptis, & à me tibi allatis, abunde declarauit. Sed importunitas cuiusdam Matæologi lexitæ, qui pro Iesuicâ sajū impudentiā ausus est publice scripto asseuerare, Epistolam hanc ab aliquo Caluinistarum (os impudens!) excogitatam esse, me ccegit prius mendacij hocam in eum retorquere. Quid verò in medium adfert? Baronium lobis non auritum, sed oculatum testem ingerit, qui vi. Annalium suorum Tomo commemoraret,

anno

credulis imposuerint, siue quod Iesuitæ  
mendaciorum Architecti, ut hoc modo  
Christianis, fucum facerent, ac glauco-  
mam oculos obiiceret, tenebrionum  
istorum operâ abuti voluerint. Hic  
memini Meletium, Patriarcham, cum  
forte schedæ illius Legationis fabulosæ  
Venetiis Byzantium ad eum essent  
transmissæ, videre suauiter renidens  
& admirantem leuitatem Latinorum  
temere credentium, aut malitiam Iesui-  
tarum talia comminiscientium. Equi-  
dem tum terporis nemo Alexandriæ  
Patriarcha Gabriel nomine, sed sacro-  
rū Antistes erat Meletius, aut certè eius  
antecessor Silvester alterū, quo ineptus  
hic fabulator orbi persuadere satagit,  
has literas, neq. Græcè neque Constan-  
tinopoli exaratas esse, est, quod stolidè  
existimet, in homine Græco vix tantam  
Latinæ Linguae peritiam cadere posse.  
Sed (mihi Costere) si veritatis studiosus  
fuisses, hac de re socios tuos in Chio in-  
sula consuluisses: aut saltem inspexisses,

quæ

„ licè loquentem; vnicum inter doctos;  
„ quos in hac peregrinatione videre li-  
„ cuit, iudicauit aptum, quo cum H. tua  
„ amicitiam iniret, cuique oblatâ occa-  
„ sione scriberet. Nam & ipsi, vti ad  
„ H. tuam literas daret persuasi id quod  
„ fecit: quamvis ( vti ipse per scedu-  
„ lam mihi retulit ) præ temporis angu-  
„ stiâ tumultuatio stylo. Eas igitur lie-  
„ ras mitto, atque H. tuæ gratas fore ar-  
„ bitror, cum propter viri doctrinam, tum  
„ maximè propter vitæ & morum mo-  
„ destiam, atque in conferendo suauita-  
„ tem. Arbitror autem hunc virum tan-  
„ tum scientiarum habere, quantum ho-  
„ mœ Græcas hodie habere possit. De fide  
„ suâ is quidem valde subtiliter differit,  
„ sed tamen ita, vti omnia sincero & puro  
„ animo, absque vllâ bile loqui & sen-  
„ tire videatur. Ipsi promisi me Byzantio  
„ missurum esse librum, quem H. tua de  
„ Lectione Historiarum conscripsit: id  
„ quod feci: ipsique gratissimum fuisse  
„ compertum habeo. Et hæc de Protosyn-  
gelo

Poëta quum primum animum adscriben-  
dum appulit,

Id sibi negoti credidit solum dari,

Populo ut placerent quas fecisset fabulas.

Quasi vero, quia interdum Alexandrini  
numerum assignant, quotusquisque sit

Patriarcha, aut quia ut plurimum an-  
nos numerant à Diocletiani persecu-  
tione, id semper & ab omnibus fieri  
soleat. Inspice Martini Crusij Turco-  
græciam pag. 229; secus inuenies talis

est ibi inscriptio; N. Πάπας ή Πατριάρχης τ  
μητροπόλεως Κλεοντρείας, Εκκλησίας ουαμένης.  
Inspice etiam Epistolam sub fine huius

Itinerarij positam, ab eodē Meletio ad  
me scriptam; alium titulū non inuenies,  
quam eum, quē tibi iam proposui. Sed  
quæso, quid est quod tantopere hunc  
Sycophantam vrit, ut Epistolam illam  
Meletij Caluinicam fabulam esse ve-  
lit? nempe quod hoc testimonio videt  
magnam orbis partem, magno Roma-  
næ Ecclesiæ præiudicio (quum sit hic  
Meletius Papa ac Patriarcha Alexan-  
drinus

„ contrà de miseriis hominum triumphant,  
„ O cæcas hominum mentes, ô pectora cæca.  
„ Filius Dei sese ipsum sua illa maiesta-  
„ te exinanivit ; dum saluti consulere  
„ hominem concendit : nos nescio quæ  
„ imperia extrinximus in perniciem & cum  
„ pernicie hominum ; & haberi volu-  
„ mus pro Christo , illo cuius studiis no-  
„ stra studia δίς διὰ πατῶν dissontare depræ-  
„ henduntur. Quòd si in causas inqui-  
„ ras huiusc in nos , nescio quid aliud  
„ dicam , quām id , quod res est , odij ,  
„ in nos Græcos dico , id est , Orientalis  
„ Ecclesiæ alijmnos , quòd veterum Pa-  
„ trum dogmata , traditiones iussa , pla-  
„ citia , decreta secessantur , nihil inuenies  
„ aliud quam id ipsum , quod Patrum in-  
„ contaminata dogmata , traditionesque  
„ obseruantes nullis nullorum hominum  
„ nouitatibus , ~~καινοτητας~~ falsis , fallacibus-  
„ que doctrinis abduci patimur ab iis de-  
„ cretis , quæ septem tota Concilia uni-  
„ uerfalia ( vt Prouincialia præteream )  
„ sanxerunt. Symbolum , quod à primo  
Niceno

„ stianis quæcunque non faciunt ad' pala-  
ssum, quæcunque non arrident, impati, ab  
„ simuq. Dei ciencienda, ab Ecclesia proscri-  
„ benda, ferro, flammisque profliganda.

Verum v̄t tibi, Costere, fidem maiorem  
facia, quid Virtutus de Ecclesia Catho-  
lica, eiusq; capite sentiat, en tibi locum  
ωδείλιον ex eius Dialogo Orthodoxo  
pag. θ descriptum, qui ita habet: Ξένος. Καὶ  
τις οὐ παθολικὴ επιλογία; Παῖς. Αἴτια τῶν αἰτιών  
η πληθυς, η μᾶς ψούς, έν γδ σῶμα ἐπ πολλῶν μελῶν  
σωματικον, μία κεφαλὴ ό χριστὸς. αὐτὸν γδ, φυσιν, ἔδω-  
κεν ο πατήρ υπὲρ πάντα κεφαλὴν τῇ Εκκλησίᾳ. οὐτεργδ  
ακέφαλον τὸ σῶμα, η παθολικὴ μηλονότητα επιλογία, η  
παθολικὴ ψυχήσα κεφαλῆς λειψανον δικέρδετον, έπει τῷ  
πολυκέφαλον τέρας άν εἴ τι σπαλότετον. Ξένος. Καὶ λο-  
πὸν τέρας η επιλογία Τετάντας, ως ὄρωμεν τητηρύ  
κεφαλάς, Παῖς. Αἱ ιαθένται επιλογίας Σαρκίσμενοι  
η παθολικής Εκκλησίας, αἴ παντασματείν αἴποτελεστι σῶ-  
μα, έπει κεφαλὴ μόνος ό χριστὸς. Στίγματος τέρας η επιλογία  
η παθολικὴ μίαν έχοντα κεφαλαίαν παθολικὴν τὸ χριστόν.  
αἴ γδ μερική κεφαλαία τη παθολικῆς τὸ λόγον έπειδει-  
λεσσον, αὐλαίαν απληρώσον έν τοῖς ιαθένταις οι.

ὅπως φθονοῦσι τὸν παῖδα εἰς ἀμεβότοις κινδυνός πυρὸς, ὑδάτην, κρημῶν, ὡς εἴ παρέδειν ἥλθε πολλάκις τεθνάντη. Απαλλαγεῖς δὲ ὅμως τὸν παῖδα σιεῖσθαι, ἐς Ιταλίαν ἀρίξατο. καταλαβασθεὶς τὸ Πατερίου, κακῶσε πᾶσαν ὑπέτιμην διεξελθών ἐν ἔκατεραι τῇ γλωττῇ, ἡρεθίσθη σφοδρότερον ψρὸς τὸν ὄπιδυμίαν τῆς ἀνωκλήσεως. παῖδες δὲ ὑπερειδῶν δύρμετας, δόξης, πλεύτε παῖδες αὐτοῖς ἐστι πειλατέδασσοι, τὸν μοιαχνὸν βίον ἡσάδοιστο. Μοναχὸς δὲ μιαρίψας ἢ πολὺ, μεγάλα, ὡς τοῖς τοις Ελαστικοτελεότερον ἐστι, κατορθώσατο. Παρὰ δὲ τὴν φρεστεύτερων τῶν μακαρωτάτων δὲ μάλιστα οἱ λεξανδρεῖς Παῖδιαρχοὶ Σιλβεστροί, ἀγίοις, καὶ εἰναὶ αὐτοῖς, αὐτοῖς αὐτοῖς εἰς τὴν ιερέως ἡγεθη βαθμὸν. ψρὸς δὲ τὸν αὐτὸν χειροτονήσων φῶς μέχει ἐπ' αὐτὸν λαζαρίψην παῖδα παῖτερον ἐώρετο, ὡς ἐπιμαρτυρεῖται τὸν τὸν ιεροσολαῖον τὸν αὐτὸν αὐτούτην. χειροτονηθέντος δὲ ἀπειερον αὐτοῖς μητροῖς ταῖστα αρεταῖς καὶ τὰ ἐν τῷ βίῳ παραδέγματα, οἵοις ὑπέστη κόπτες, ὡς καὶ νῦν ἔδειν ἦτον, κηρύγγων τὸ τέλος τοῦ ζωτικοῦ θεατρού γέλιον, καὶ Αραβίσιον μίση Αἰγυπτων. Εξελέξατο ψυττάρον θεός ποιημάτων. κοιμηθέντος δὲ τὸν μακαρίψην Σιλβεστρού, τῆς ἀγίαστης χειρὸς Εγκλησίας τῶν Αλεξανδρεῶν ψροῦ, ταύτης τῆς Εγκλησίας αὐτὸν βιασαμένης. Κυ-

ΕΦΕΝΩ

tulum Patriarchæ sustinere, sed diligentissime omnes eius partes explere; quin & me veritati oculatâ fide rubnixæ iure patrocinatum, aduersus Iesuiticam. mentienti pueriginem, quā insanius iste Senecio in virulentissimis suis scriptis passim laborat. Sed quid mirum Coſterum talia scribere? facit quod est fai Ordinis, cui veritati oppedere, bonosque viros calumnijs & conuictijs prosequi, in parte pietatis ponitur. Id quò illustrius appareat, quoddam Testimonium Benedicti Ariæ Montani hominis Catholici Romani, & quod magis mireris, Hispani, Bibliis interlinearibus Antwerpia 1584 excusis præmisum, hoc loco subiiciam; quod ita habet. Is, scilicet *Erostratus*, quoniam Pa-

gninum viuum habere non potuit, nō  
trum pro omnibus aliis nomen pro-  
scindendum suscepit, natus fortassis  
oportunitatem in quorundam animis  
& conciliis, qui cùm SOLI SAPERE,  
SOLI BENE VIVERE, IESVM-

QVE

norunt, efformata in sui effigiem in illo  
 Carmine intueantur, quo Nobiliss. &  
 Ampliss. Vir I. A. Thuanus Consilia-  
 riis Regius & curiaæ supremæ Parisien-  
 sis Praeses Poemata sua Sacra omni im-  
 mortalitate dignissima concludit: quod  
 cùm tibi amantissime pater & ob po-  
 ðematis signularem elegatiæ rei veri-  
 tatem, & arctam cum tanto Viro ami-  
 citiam lectu non injucandum esse ani-  
 maduerterem, haud ab  $\tau\epsilon\lambda\mu\kappa$  inserere  
 visum fuit.

**BONI PARRICIDAS.**

**R**VRSVS ab immitti Furiæ bacchanti  
 Auerno,  
 Vipereasque rotat torua Megæra comas:  
 Rursus Trinacrius puer ablactatus in antris  
 Sacrilega stringit tela cruenta manu:  
 Notus & Eo tantum Assassinas in axe,  
 Prò pudor, in nostro visitur orbe frequens,  
 Scilicet has artis nuper gens gnara vocandi  
 Exitio inuenit, Gallia, natæ tuæ,

Hesperiae

Quos magicis aureis claudentis cantibus anguis  
 Esse instar carnos pagina sacra iubet,  
 Candoremque simili mitis seruare columbae,  
 Fallere que & falli grande putare nefas.  
 Nos petimur segnes, lentique sedemus ad iram,  
 Et pietas ipsa religione perit;  
 Si modo religio est, alere intra viscera tetram,  
 Quæ iam se cœpus fundic in omne, luem:  
 Si modo religio est, patriis sine murimure sulcis  
 Accipere hostili semina iucta manu;  
 Semina corrupti succi, lentique veneni,  
 Noxia doctrina semina pestiferae.  
 Concipit inde malum quippe inconsulta iuuentus,  
 Mox concepto alios inficit ipsa malo:  
 Iamque ferè totus sacer ordo & Gallica pubes  
 Plebsque auido virus combibit ore nocens.  
 Iam turgent vene, cor palpitat, ilia tendunt,  
 Nullaque pars toto corpore sana manet.  
 Atque utinam nunquam tibi crus, dux L O  
 I O L A sectæ,  
 Icisset laua missa sagitta manus;  
 Gallia Cantabrosum quondam & Iberia bello  
 Pro patriis facerent prælia aperta foci.  
 Quam bello plus pale noces, et ad otia versus  
 Crudeleis

Ille quidem petitur, sed per latus illius omnes  
 Credite vos Reges, mens nisi leua, regi.  
 Nullus iam miseriis toto patet orbe receptoris,  
 Præsentem ostentant obvia cuncta necem.  
 Nil securum usquam est; stimulis furialibus actus  
 Percussor, quoquo veritis ora, lateret.  
 Nam quibus excubis maiestas regia posthac,  
 Aut quo stipatu viuere tutam queat:  
 Si pueri discunt his vitam odiisse magistris,  
 Extrensa e mortis tollere supplicia?  
 Si tormenta pati possunt, nilque inde fateri,  
 Hacque polum sperant scandere posse via?  
 In vitam clerius nil non permittitur illi,  
 Cui propriæ est odio negligit ure salus:  
 Mentibus hinc teneris gliscit præposterus ardor,  
 Et cæcos iuuenes in scelus omne rapit.  
 Heu sapimus sero, sapimus tamen, atque potenti  
 Esse Deo eure Gallica sceptra patet:  
 Qui nos admonitos, tacta tam leniter aure,  
 De propria memores esse salute iubet.  
 Hoc Veneti vidit prudentia cari Senatus,  
 Vedit, et est nostris reddit & causa malis:  
 Dum timidæ secreta his credere mentis ephebos  
 Vulpibus, atque animi pandere vota vetat:  
 Dumque

Marte Pelethronius ausos configere iniquo

Conuicta raptam coniuge Ririthoi:

Quos pius Alcides cajum indignatus amicu-

Lernæa fixos grandine stravit humi.

Quid loquor? Alcides est inficta iniuria nostro,

Nec tamen Alcides est vltio facta manus:

Nempe quod hic Graio generosior Hercule Gallus,

Turba Ixionis peior vi ista grege est:

Quæ gremio sponsans conata reuellere nostro

Sacra inter mensa bella cruenta mouet,

Mostrerumque dolo domitor em aggressa refando

Nunc passim nostro crimine monstra facit.

Non mihi vahtino peccus quod turgrat østro

Glorior, aut intus numen habere puto:

Sed si præfagæ non me prudentia mentis

Decipi, hæc alios deinde pericla manent.

Tuque adeo nostris nimis heu conterminus oris,

Grande domi fratum qui miser agmen alis,

Sis apis à magno tibi missa hæc Rege putato

Præsidia, haut arces vi subitura tuas;

Sed quæ compedibus mentes animosque tuorum,

Et duris stringant nexibus ingenia.

Cum volet ille per hos te finibus exiget hosteis,

Mutatoque procarioget abire soto.

Et nisi

Semiferi, grauiæ nubis inane genus,  
 Este noui procul hinc hominum deliria cultus,  
 Et quæ sponte sibi surrumpa quisque facit  
 Gallia (nam decorat Gallos hac laude virtutis)  
 Non agit in gremio talia mortalia suo.  
 Nec iuuat antiquo vitam producere ritu,  
 Nos iuuat in præsca simplicitate mori.  
 His versibus, reuera aureis, parissimum  
 illud Epigramma, quod quidam eximius Poëta, tibi non ignotus in compari-  
 tionem I H E S V & I H E S V I-  
 T A R V M historicâ plane fide lusit,  
 quod cum doctis scirem non ingratum fore, hic etiam inserere volui.  
 id autem est huiusmodi.  
 Presbyteri, à Socio geritis qui nomina I H E S V,  
 Dispeream si vos I H E S V S amare potest.  
 Humano generi, sons & dator ille Salutis,  
 Vos contra innocuis omnibus exitio.  
 Cauponantum agmen flagris Templo expulit ille;  
 Et dixit: Precibus est sacer ille locus.  
 Templa dicata Deo per vos SP E L V N C A  
 LATRONVM,  
 Per vos facta Dei, magna Taberna, domus.  
 Frater-

Suffulti plumâ versicolore caput.

Vos vnoti capitis T̄nsura coronat, I H E S V

Nulla nisi è spinis plexa corona fuit.

Personæ fucique expers agitauit I H E S V

Ore n̄ nihil vestr̄ pictus esse potest.

Vobis larga caui spiravit mendacia folles;

At Christus doctus non nisi vera loqui.

Plurima sunt Christi miracula, quālia narrant

Nulla domi à vobis edita, multa foris.

Orbe procul nostro: credat Maranus Apella,

Non ego; & Autores sit peres ista fides.

Fibula cum Christo n̄ il conuenit, omnia pugnant.

Quid confit Polo scilicet Orcus habet?

Aut nobis I H E S V S? quos usu instruēta  
magistro

Natura hanc Agnos, sed probat esse Lupos:

Huc pertinet & illud in Fibulatos  
nescio quos Carpocratis Hæretici se-  
ctatores, qui Patres fere indigitant, &  
quidem Pateriimos.

Odi ego Carpocratas: odij quæ cœs, rogatis?

Sæpe Scœcisnum Fibula vestra facit.

Ex his omnibus luce lucidius apparere  
arbitror, cuinam̄ potissimum rei Con-  
sociales

70 GEORGII DOVSÆ  
non obrueretur, nūnquam tamen quæ  
est eius hūmanitas, cum adire prohibi-  
tus fui. Viuit in familia eius quidam  
*Maximus*  
*Calogerus* candidissimi ingenij Calogerus, nomi-  
ne Maximus, Archidiaconi Alexandriæ  
Titulo non indignus: satis in lectione  
Græcorum autorum, quamvis admo-  
dum iuuenis, versatus. Descripsit is  
meo rogatu omnes Ioannis Zonaræ  
Epistolas, cum quibusdam Cyrilli Ho-  
miliis, quibus me in patriam abeuntem  
non sine verborum honore donauit.  
Eius sane opera plurimum Patriarcha  
in rebus Ecclesiasticis utitur. Sed & Ge-  
orgius Cantacuzenus non exiguo Pa-  
triarchatui est ornamento: cuius fami-  
lia, dum res Byzantina stetit, Impera-  
toria fuit. Habet Bibliothecam sic fatis  
manuscriptis codicibus instructam: in  
quâ præter alia, volumen augustissimum  
variarum in *Petræ. Cœgi* interpretatione  
num diligentissime asservat. Ex huius  
*Georgy*  
*Logothetæ* Bibliothecæ seruitute mea Georgij Lo-  
gothetæ de Constantinopoli à Latinis ca-  
ptâ

72 GEORGII DOVSÆ  
area Baiazethis Templo vicina) me  
conferrem, casnatum, quendam fre-  
quenti stipatum populo, lento ve nigris  
gradientem animaduerto. Ego in so-  
lenti hoc spectaculo attenitus, meum  
comitem Polonum, qui Religionem  
Turcicam profitebatur, quid sibi hoc  
vellet, interrogō. Tum ille, Camelum  
istum, quoniam Mechâ venit, & Alco-  
ranum (qui Diuinæ Legis habetur li-  
ber) dorso gestauit, honorem illum  
promereri. alios proinde pilos eius,  
tamquam sacros, euellere; alios eum  
osculari, nonnullos sudorem axilla-  
rum eius extergere, coque sudore ocu-  
los & faciem perficere. tandemque  
Cameli mactati carnes in minutissi-  
mas partes concisas inter fideles ad  
manducandum distributum iri. Tan-  
tum honoris Turcæ camelo deferunt,  
quem ex solo Alcorani contractu san-  
ctificari putant. Iam, quantâ reue-  
rentia ipsum Alcoranum prosequan-  
tur, ex hoc cognoscet, quod homi-  
nem

GEORGII DOVSÆ  
teræ tuæ de immaturo carissimæ fratri  
obitu afferuntur, quibus in patriam re-  
dire iubeor: quod nuntio quam fieri  
percussus, si perscribere aggrediar, ve-  
reor ne reliquæ orationis cursum lacry-  
mæ impedian. Vix eloqui possum,  
amantissime pater, quantus ex eo tem-  
pore dolor pectus meu'm lancinauerit.  
Quid enim agerem? ubi tali fratre spo-  
liatum me videbam, quo haud scio, an  
amabilius quicquam, sive candidius in  
rerum natura extiterit. Sed quid a mo-  
deratius eius mors ferenda videtur, vel  
quod ad eam perfectionem venerat, cui  
nihil addi poterat, vel quod huic se-  
culo subductus est, in quo cum opti-  
mo quoque pessimè agitur. Eo qui-  
dem tempore optatissima mihi occa-  
sio oblata fuit, ut in Poloniæ cùm  
Generoso Domino Stanislao Golscio,  
qui id temporis à serenissimo suo Rege  
ad Portam Ottomanam Orator missus  
erat, redirem. Itaque Amplissimo Edu-  
ardo Bartono Oratori Anglo, apud  
quem

GEORGII DOVSÆ  
vtriusque voti factus est compos: ter-  
tio Deus nobis propitius sauere noluit.  
*Selybria* Hinc Selybriam venimus, quæ cœnit  
præcipue aëris salubritate commenda-  
tur. Dum Selybria Tzurulum prope-  
taremus; quod est cā viâ oppidulum  
nonnihil à Propontide versus mediter-  
ranea situm, videbamus nos confortio  
cuiusdam Iudæi auctos esse, cuius h̄ic,  
prorsus ab omni benignitate alieni, ob-  
liuisci nō possum. Is erat Byzantinus, &

*Cara cas*, nomine, Tur-  
carum sermone illi cum  
nigro ansere, communi, vocabatur. Hic  
cum esset locupletissimus, exterum ex-  
tremæ auaritiae adduci nunquam pote-  
rat, ut vel asprum saltem vnum corpo-  
ris commoditatibus impenderet. Ad-  
monebant eum nostri comites seriò, ut  
sibi de pelliceā prospiceret, eius vestem,  
quæ erat æstivalis, frigori, quod vehe-  
mentissimum instabat, depellendo non  
sufficere; sed surdo canebatur. Sumse-  
rat secum Byzantio aliquot piperis &  
croci,

78 . GEORGII DOVSÆ  
Georgij Logothetæ, tum Ioanne Zonara  
cognosco, qui in vitâ Mauritij Augusti  
scribit, Chaganor cum infinitâ mul-  
titudine Thraciam ingresso Romanorum  
ducem territum, in Castellum Tzuruli  
se conciusisse. Tzurulo peruenimus Ba-  
bam; ex hoc transmisso Euro fluui  
Hapsalam, oppidum Templo & Diuer-  
sorio Mahumeti Bassæ nobile. inde,  
quintâ demum postquam Constanti-  
nopolis discesseramus, die, atq[ue] imus  
Adrianopolim, quain Turcæ  
Iederne vocant. Sed antequam Ur-  
bem iugredemur, videbamus coine-  
terium, in quo hastæ ligneæ plenisq. tu-  
mulis superifixæ exstabant: cumque  
causam quereremus, aiebant gentiles  
ac propinquos defunctorum e monu-  
mento militum in bello strenuitatem  
apud posteros publicè testataim esse  
voluisse. Adrianopolis ad fluvium He-  
brum posita iacet, qui præclaro ponte à  
Mustaphâ stratus est. Suburbanis ædifi-  
ciis ita tumet, ut, si Imperij Turcici fe-  
licitas

80 . . . G E O R G I I D O V S A E  
Cum sub dio pernoctaremus, præsidio  
ignis nocturnam fungus defendeba-  
mus. plerumque etiam vino, p[ro]fes-  
tissimo tædiosi adeo itineris remedio  
vtebamur. Non deerat etiam puluis ge-  
rus, quod ex oryzâ addito saecaro con-  
cinnabamus, quo recreati, æquiore ani-  
mo viae labores atque incommoda su-  
stentaremus. Iacet sanè Prouadia loco  
naturâ munitissimo: altissimis & præ-  
riuptis rupibus, in quarum vna etiam  
Aix sita est, ab utraque parte veluti con-  
vno quedam muro cingitur. Hæc Ci-  
uitas à mercatoribus, præcipue Ragusæ-  
is, ob mercatum pellium bufalorum,  
quibus ea regiæ abundat, frequentatur.  
*Basarc*  
*Zicnum*  
Ex his angustiis Basarczicum venimus,  
vno de comitibus nostris desiderato,  
quem fluxus sanguinis consumserat.  
Basarcico digressis non ita ex voto re-  
liquum itineris successit, quandoqui-  
dem ira ventis rivibusque agitari cœ-  
pius, ut facile cotempore cum Poëta  
dixisset:

Cum

ta 8

quando maximam: sed à Cosakis ho-  
 die miserè diruta ac solè æquata iacet.  
 Hinc digressi in Vicum quendam Mo-  
 naster diuertimus, qui vno miliari à  
 Danubio distat, ynde post aliquot die-  
 rum interuallum (nam Danubij con-  
 gelationem expectabamus) in pagum  
 Obluczicę, siue ut Turcæ nominant  
 Sakczy penetrauimus. Danubio glaciali  
 marimore incrustato, per glaciem disce-  
 dimus ipsa Circuncisionis Dominicæ  
 die. Hic nihil opus esse arbitror, vt  
 enarrando seditu meo per Moldauiam  
 pluribus te inoser: cum ferè per eadem  
 loca reuersus fuerim, quæ anteā iam de-  
 scripsi: nisi quod in seditu Lacum Ro-  
 soue glaciatum traiicerim, & Oppidum  
 Hus non tam Valachis quam Hungaris  
 incolis frequens transierim. Porro in  
 omnibus oppidis, quæ superius nomi-  
 nauis, si ea, quæ supra Adrianopolim sita  
 sunt, excipias, nihil præter barbariem  
 meram, id est hominum ad egestatis  
 terminos redactorum illuuiem, loco-  
 ruimque

*Mona  
tre*

*Obluczicę  
Sakczy*

*Lacus  
Rosoue*

*Hus*

84 GEORGII DOVSÆ  
prius habuit, quam patriæ suæ omni  
ope, labore & sumtu ire opitulatum. In-  
festabantur iam pridem Tartarorum ex-  
cursionibus limites Poloniæ: incolæ  
subinde è Podoliam diram Turcarum  
seruitutem abripiebantur. Nunc verò  
sub huius præsidio limites huius Regni  
tam turi sunt, ut, si quis eos vel maxi-  
mis copiis instructus, inuadere se po-  
stulet, inca sumi laboret, nunquam uti-  
que ad propositi sui scopum peruentu-  
rus. Iamq[ue]dum Moldauia vastitiem  
inlecturi fuerant Tartari, nisi hic He-  
ros Heroico planè ausu illi subuenisset,  
Tartarisq[ue] cum ipso Precopiensium  
Principe profligatis, Hieremiam Mohi-  
le ibidem Palatinum constituisset. Ni-  
hil autem magis innatum eius erga pa-  
trios lares amorem declarare possit,  
quam hæc ipsa Ciuitas, quam propriis  
sumtibus à fundamentis extraxit, mœ-  
nibus & propugnaculis aduersus hosti-  
um imperium validissimis munivit, & à  
suo nomine Zamosciūm appellauit.

Omnes

Sed cum nullo melius cum conferri posse, quam cum Magno illo Constantino arbitror. Merito etiam eum Imperatorem Domini nostri appello, qui cum se Bonum Pastorēm nominasset, statim infert: *Pastor bonus animam suam ponit pro omnibus.* Et hic Heros non semel in discrimen vitae se coniecit, ut suæ fiduci commissos à luporum rapacitate vindicaret. Optimè cognitum habet quam personam sustineat: ideo omnes eius conatus cōspectant, ut patriæ suæ inseruat; priuata commoda publicis posthabeat. In singulis disciplinis ita excellit, ut totam ætatem in studiis triuisse videatur. Viros humantioribus literis exultos quantâ benevolentia prosequatur, ex Hippo Musis & literarum studiis ab eodem exstructo satis constare arbitror. Summus ei Religionis studium. ad mandatae Dei tetius vitae cutsum moderatur: omnibus prælucet, exemploque est subditis quid fugere, quid sequi debeant. referebat mihi omnes ferè

care liceat. Lublino venio Varsauiam,  
Vrbem, propter Comitia, quæ plerumque  
magno præcipuæ Nobilitatis con-  
cursu ibi sunt, celeberrimam. Vistula  
fluuius eam alluit, qui mirabili, ac penè  
Dædaleo opere fabrefacto ponte à Si-  
gismundo Augusto stratus est. In hu-  
ius Ciuitatis suburbio, per octo dies,  
hospitio politissimi iuxta ac prudentissimi  
Viri Georgij Bergmanni Gedane-  
sium Syndici ysus sum, cuius morum  
comitas pari condita eruditione, haud  
leuiter sanè me exhilarauit. Hinc, facto  
per Toruniam itinere, spatio septem  
dierum Dantiscum venio, Vrbem am-  
plissimam, quæque principem locum  
in Septentrione merito obtinere credi-  
tur. Eius sane Proceres non minus eru-  
ditione, quam rerum politicarum ex-  
perientia instructi sunt; inter quos Cla-  
rissimus Vir Bartholomæus Schäch-  
manus, cùm virtutibus, tamen etiam no-  
tuosa cùmulatissime ornatus, facile  
eminet, cuius nomine plurimum huic  
Vrbi

90 G. Dov. DE ITIN. SVO CONSTAN.  
studij voluntatem expertus sum. Men-  
sem ergo in hac Vrbe moratus, patriam  
versus viam ingredior; in quo itinere  
Pomeraniam, Holsatiam, Westphalię  
peragrai, quibus regionibus, quoni-  
am sunt nobis vicinæ, & quotidie à no-  
stratis frequentantur, inhærere mi-  
nimè necessarium existim. Habes, mi  
Pater, vniuersam Itineris nostri Con-  
stantinopolitanī seriē, ad quod ingredi-  
endum me non Myro aliqua Byzantia,  
vel Asiaticæ delitiæ, verum ipsius rei ho-  
nestas, & ignota discendi cupiditas sti-  
mulārunt. Tu si aliquo modo hunc co-  
natū meum tibi non displicere decla-  
raturis, neque iniurie, neque infru-  
ctuosam operam in eo collocasse vide-  
bor: sin iniurias, hoc tamen tibi, non ob-  
scurum (vti opinor) obseruantia in te  
mæ testimoniū habebis. Lugduni  
Batauorum, CIC. 15. ITC. Kal. Augusti.

Nobilissimo

GEORGIO DOVSÆ  
BYZANTIO REDVCI  
Eγνωμον.

Si quis cum fructu populos lustrauit & urbes,  
luit & Eōs vñtere & Hesperios,  
Si quis magnifico mactauit munere Belgas:  
Si bene quis Genio est usus & Ingenio.  
Ne vnuam, nisi tu multis è millibus unus  
Ille eris, ô animæ portio Dousa meæ.  
Tu nos Hippodromos, Obeliscos, Septa, Colossoſ,  
Pegmata, Aquæductus, Balnea, Temploſ,  
Domus,  
Marmora functorum, Cippos, incisaque Græcis  
Saxa notis, Moles, Pyramidesque doces.  
Verum ego quid tricor? quid multis differo? Belgis  
Quod NOVĀ ROMA patet, muneris  
omne tri est.  
Et dubitamus adhuc, num quis cum fœnore tanto  
Visit & Eōs, visic & Hesperios?

R SCRIVERIVS.

INSCRI-

D. M.

FL. AVDACIS 7  
 LEG. I. ADIVTRIC  
 NAT. GERMANIO  
 VIXIT. ANNIS. L.  
 MENS. III. DIERVS  
 IIII. IVLIVS. FORTV  
 NATVS. COLLEGA  
 ET. PROCVR. EIVS  
 AMICO. OPTIMO.

L. PETRON.VM

VERVM. LEG. AV  
 PR. PR. C. MV. COS  
 DEJIG. TIV. VS  
 SELEVCUS. ET. SEPTI  
 M. VS. VALERIANVS  
 B. B. CORNICVL  
 RI. EIVS. PRAESIDE  
 SANCTISSIMVM

H. C.

ΔΓΑΘΗΙ. ΤΥΧΗΙ  
 ΛΙΑΠΕΙΡΙΟ  
 ΑΞΑΝΔΡΩΝ  
 ΑΡΧΙΕΡΕΑ. ΚΑΙ  
 ΤΟ. Β. ΓΡΩΤΟΝ  
 ΧΟΝΤΑ. ΚΑΙ  
 ΕΙΡΙΝΑΡΧΗΝ  
 Σ. ΜΡΟΠΟΛΕ  
 Σ. ΑΝΚΥΡΑΣ  
 Ά. ΙΔΙΑ. ΒΙΟΥ. ΙΕ.  
 Α. ΤΟΥ. ΔΙΟΝΥ  
 ΟΥ. ΦΥΛΗ. ΕΔΙ

ΘΕΟΙΣ. ΚΑΤΑΧΘΟΝΙ  
 ΟΙΣ. ΚΑΙ. ΚΑΠΙΤΩΝΙ  
 ΠΑΣΙΚΡΑΤΟΤΣ  
 ΑΝΔΡΙ. ΤΕΝΝΑΙΩ  
 ΚΑΙ. ΑΓΑΘΩ. ΠΟΩ  
 Σ. ΛΙΟΣ. ΑΔΕΛΦΟΣ  
 ΑΤΤΟΥ. ΚΑΙ. ΠΑΣΙ  
 ΚΡΑΤΗΣ. ΚΑΙ. ΜΗ  
 ΝΟΔΩΡΟΣ. ΤΙΟΙ  
 ΑΤΤΟΥ. ΠΕΡΗΝΟΙ  
 ΜΝΗΜΗ. ΤΗ. ΧΑ. Σ.

ΖΩΤΙ

L. DIDIO. MARINO. V. E. PROC.  
 AVG. N. PROVINC. ARAB. PROC  
 GALATIAE. PROC. FAM. GLAD.  
 PER. GALLIAS. RET. HISPA  
 NIAS. GERMAN. E. TRATIAM.  
 PROC. MINVCIAE. PROC. ALI  
 MENTORVM. PER. TRASPADVM  
 HISTRIAM. ET LIBVRIAM  
 PROC. VECTIGALIOR 7 POPVL  
 3 7 QVAE. SVNT. CITERA. PADVM  
 PROC. FAM. GLAD. PER ASI  
 AM. HY. GALAT. CAPPADOC.  
 LICIAM. PAMEYL. CILIC. CI  
 PRVM. PONTVM. PAELAG.  
 TRIB. CO. I. RE. OR  
 MARIANVS. AVG 7 NOLIB 7  
 PP. XX  
 LIB 7. BI. MNIAE. PONTI  
 PAELAG.  
 NVTRITOR. EIUS.

ΓΑΙΝΟΝ ΙΛΕΑ  
 ΡΩΜΑΙΩΝ. Κ. ΒΤΗΝ  
 ΤΕΝ. ΤΡ…… ΝΑΡΕΑΝΤΑ  
 ΠΟΛΙΤΟΓΡΑΦΗΣΑΝΤΑ. ΚΑΙ  
 ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑ. ΠΑΡΑ  
 ΑΠΑΝΤΩΝ ΕΘΝΩΝ. Κ. ΛΓΩ  
 ΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ. ΔΙΣ. ΤΟΤΤΕ  
 ΚΟΙΝΟΥ. ΤΟΝ ΓΑΛΑΤΩΝ. Κ.  
 ΔΙΣ ΤΩΝ. ΙΕΡΩΝ. ΑΓΩΝΩΝ  
 ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ. ΑΣΚΛΗΠΙ  
 ΤΙΩΝ. ΙΣΘ. ΠΤΕΙΩΝ. Κ. ΑΡΧΙ  
 ΕΡΕΑ. ΤΟΥ. ΚΟΙΝΟΥ. ΤΩΝ. ΓΑΛΑ  
 ΓΑΛΑΤΑΡΧΗΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΦΑΝ  
 ΤΗΝ. Κ. ΚΤΙΣΤΗΝ. ΗΣ ΜΗΤ  
 ΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΑΝΚΤΡΑΣ. ΦΥΛΗ  
 ΕΟΝΕ ΠΑΣΙΠΡ  
 . . . . ΕΡΓΕΤΗΝ. Κ. Π.

V. C. N. ROMEIUS, PHILINVS.

ROMEIÆ. PHILVMENÆ

FILIÆ

ET SIBI

D. M.

ΑΥΦΙΔΙΟΝ  
ΟΥΛΙΑΝΟΝ  
ΤΟΝ. ΚΡΑΤ  
ΕΠΙΤΕΡΩΝ  
ΤΩΝ. ΕΒΒ  
ΜΑΞΙΜ ΣΝΟΣ,  
.....  
ΤΟΝ. ΠΑΤΡΩ  
ΝΑ. ΔΙΑ. ΠΑΝΤΑ  
.....  
ΤΟΝ ΚΡΑΤΟΚΙ

Γ. ΙΟΥΔΙΟΝ. Γ.  
ΥΙΟΝ. ΦΑΒΙΑ. ΣΕΟΥ  
ΗΡΩΝ ΓΕΝΟΜΕ  
ΝΟΝ. ΠΡΩΤΟΝ. ΜΕΝ  
ΠΕΝΤΕ Κ- ΔΕΚΑΝ  
ΔΡΩΝ. ΤΩΝ. ΕΚΔΙΚΑ  
ΣΟΝΤΩΝ: ΤΑ. ΠΡΑΓΜΑΤΑ  
ΙΠΠΩ. ΔΗΜΟΣΙΩ. ΤΙ  
ΜΙΘΕΝΤΑ. ΧΙΛΙΑΡΧΟ  
ΑΕΓΙΩΝΟΣ. Δ. ΣΚΥ  
ΘΙΚΗΣ. ΤΑΜΙΑΝ. ΚΑΙ.  
ΔΙΑ. ΤΟΝ, ΔΗΜΑΡΧΟ  
ΚΑΝΔΙΑ. ΤΟΝ. ΙΙΡΕ .....

ΦΥΛΑ. ΔΙ. ΕΡΜΗΝ. ΤΟΝ. ΕΝ. ΠΑΣΙ  
ΤΡΩΩΝ. Κ-. ΦΙΛΟΤΕΙΜΟΝ. Κ-.  
ΑΥΤΗΣ. ΣΤΕΡΓΕΤΙΗΝ. Κ. ΠΑΟ  
ΤΗΣΤΗΝ  
ΕΠΙΜΕΛΟΤΜΕΝΩΝ. ΑΤΡ. ΑΣΚΛΗ  
ΠΙΑΔΟΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. ΑΡΧΙ  
ΔΡΑΓΑΤΟΥ. ΚΑΙ. ΙΟΤΛΙΟΥ. ΑΣΤΟΥ  
ΖΛΗΠΙΑΔΟΤ  
ΤΟΝ ΕΑΤΤΗΑ.  
ΤΙΟΝ. ΕΤΕΙΜΗ  
ΣΕΝ.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ

ΑΓΑΘΙΔΙΟΝ  
 ΙΟΕΥΛΙΑΝΟΝ  
 ΤΟΝ. ΚΡΑΤ. ΕΠΙΤΡΟ  
 ΠΟΝ. ΤΩΝ. ΣΕΒΒ  
 ΤΟΝ. ΕΝ. ΠΑΣΙ. ΑΓΝΟΝ.  
 Κ. ΔΙΚΑΙΟΝ. Κ. ΠΑΣΗ  
 ΑΡΕΤΗ. ΚΕΚΟΣΜΗ  
 ΜΕΝΟΝ  
 ΕΥΤΥΧΙΔΗΣ. ΣΕΒΞ  
 ΑΠΕΛΕΥΘ. ΤΑΒΟΥ  
 ΛΑΡΙΟΣ. ΤΟΝ. ΕΑΤΤΟΥ  
 ΠΑ. ΡΟΝΑ. Κ. ΕΝ. ΠΑΣΙΝ  
 ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

ΤΥΜΒΟΝ  
 ΚΑΙ. ΒΩΜΩΝ  
 ΜΕΛΕΑΓΤΩ  
 ΕΝΘΑΔΕ. ΤΕΞΑΝ  
 ΚΥΡΙΑ. ΚΕΙΜΑΙ  
 ΤΟΥΔΕ. ΠΑΡΟΣ  
 ΠΡΟΓΗΓΩΣΛ. ΣΥΝΕΤ  
 ΝΟΣ. ΤΙΟΙ. ΔΗΜΑΓΝΟΣ  
 ΚΑΕΟΝΕΙΚΟΣ. ΓΛΥΚΥ  
 ΤΑΤΩ. ΓΕΝ. :: Τ. Η. ΜΝ. ::  
 ΜΟΣΥΝΟΙΟ. ΧΑΡΙΝ.

ΣΕΚΟΥΝ

ΕΥ Τῇ ΠΟΛΙΤΕΙΑ ΖΑΡΝΗ ΣΥΓΓΡΑΦΗ -

Δ Μητροπόλεως.

ΕΦΟΣΕ Τῇ ΒΥΛῇ Καὶ δῆμῳ. Καταπέ-  
υντις Ζαρνίτης εἰπεν Επίδη Ερμαθός Ασκλη-  
πιδώρες Διηποχθόνιος Διατεῖσιν τῷ διάβολῳ Βασιλεῖ  
Σκυθῶν γυναιταῖς ἐνναν καὶ περέθυμοι ἔκαντεν  
τῷ δήμῳ Διατεκτᾶν. . . . Καὶ ιδίᾳ βούσιν γ-  
χάνουσιν αὐτῷ ταῖς πολιταῖς συμπάρεισαν  
απόδης όθεν Κήπηλείπων σὺν ταῖς αξιο-  
ψήσις, δεδόχθαντῇ ΒΥΛῇ Καὶ τῷ δήμῳ δε-  
δόμενοι αὐτῷ αὐτὴν εὐγόνοις περεξεπίλησαν, πολε-  
τείσιν, περερεδρίαν, αὐτέλεισιν χειριάτων πα-  
πων, αὐτὸν εἰσάγων οὐδὲν Κήπηλον Κήπηλον.  
Καὶ εὐλείσιν εγκυποτοινοῦσι δίκαιος περεδίκας. Καὶ  
εἴσασται οὐκέτι εἰπλόντις Καὶ πολέμος Καὶ εἰεπέντες  
ἀσυλεῖ Καὶ αἴστονδεις εἴσαι οὐδὲν Καὶ εἰφόδον  
Κήπηλον ΒΥΛΕΙΟΝ καὶ τὸν δῆμον περιώσις μη-  
τὰς ιερούς. τὸν οὐδὲν ιεροποιίαν οὐδὲν αγράψει τὸ  
ψήφισμα τοῦτον εἰς τελαμανία. Καὶ θεῖναι  
εἰς τὸ ιερόν.

ΕΥ ΣΥΓΓΡΑΦΗ

Ἐν τῇ ἐπικλητίᾳν τῷ προσκυνεῖν.

ΟὐλπΘ Επίκτης Εὐτυχιανῇ τῇ γλω-  
κυτάτῃ συμβίῳ μνήμης χάρειν. δύτυχεῖτε.  
χάρεῖτε.

Αὔρηλία Αρτεμιδώρῳ ζώσα τὸν ἥτα-  
φον τελέσαι ἐπὶ κοινῷ καμάτων αὐτῇ Καθε-  
λίῳ θησέρι τυπωμα Δημητρίῳ, ζήσα τέσ-  
σαρα Καννέα ρυῆνας. Κεῖσα, ἐν κοινῷ τά-  
φῳ οὖτε Θεοῖς ἐγένετο θύσιας.

Εἰ γόνιληρενόμΘ ὁ ἔμοὶς προπέμψη  
τὶ τέταν, δώσα τῷ Ζευσιάῳ προσίμευτον.

Εξ δύστρος ΕρένιΘ Διηνυσᾶς Διουνδ-  
δώρῳ τῷ τέκνῳ προσείας χάρειν.

Ερως Λογίνᾳ τῇ γλυκυτάτῃ συμβίῳ  
καὶ Πολυχάρμῳ Μνείας χάρειν.

ΟὐλπΘ Αγαθόμορέσσεται τῇ συμ-  
βίῳ χειτοῦ Βίον Βερεχυνήδεσσα ἐνθάδε  
κοσμεῖμαν λίθῳ μνείας χάρειν.

LECTORI

MELETIVS cognomento Pegas us-  
 que in hodiernum diem Patriarcha  
 Alex, andrius, ex Cretâ, antiquâ illâ &  
 centrum urbibus inclytâ originem du-  
 cens, præclaris parentibus, & qui vir-  
 tatis inter cœus primas obtinebant,  
 prognatus est. Ab ineunte ætate viris  
 sapientibus in disciplinam traditus,  
 cum virtutibus scateret, nullo præente  
 magistro suam vitam exfoluit. Cum  
 adhuc puer esset, ingenuo simpliciore,  
 atamen naturâ erat industrius, & ad  
 docendum, negotiaque ciuilia volun-  
 tariè ferebatur. Nam vacationis tem-  
 pore orationes meditabatur & compo-  
 nebat, quæ præter doctrinam diuinum  
 etiam ingenium ostendebant. Fortunæ  
 verò inuidiæ puer in tanta igne, aqua-  
 rum, præcipitorum incidit pericula, ut  
 saepe paru abfuerit quin interiret. Cum  
 autem puerilibus disciplinis satis im-  
 butus esse videretur, Italiam petiit, ini-  
 bique Patavij commoratus, cum artes  
 omnes cum vtrâque lingua percepisset,  
 vehemen-

cupatur. Elegit itaque eum Deus Pa-  
 storem minime fucatum. Cum autem  
 Beatus Silvester obdorinuiisset, Sanctæ  
 Alexandrinorum Ecclesiæ, omni popu-  
 lo cogente, praefectus est: & in hodier-  
 rum usque diem, boni Pastoris munere  
 fungens, illam Ecclesiam gubernat.  
 Eius vero iussis & placitis ( absit dicto  
 inuidia, nam verum est ) non solùm  
 Ægyptus, sed & Thracia, immo vniuer-  
 sa enī Græcia obedientiam præstare  
 parata est. Nè autem quibusdam co-  
 lores mendates sectari, & absolutam  
 huius viri effigiem exhibere velle vide-  
 ar, cum & alibi exactius de eo scriptum  
 sit, finem huius narrationi impono. Plu-  
 rimos ipse libros conscripsit: verum  
 nihil in lucem edidit, exceptis doctissi-  
 mā contra Iudæos Græcā pariter & Ru-  
 tenicā disputationē; & hoc Dialogo,  
 quem ad studiosorum utilitatem con-  
 scripsit; maxime vero eorum, qui in lo-  
 cis & urbibus commorantur, quæ præ-  
 cipue variis & perniciiosis opinionibus  
 infestan-

M E L E T I V S  
 Dei misericordia  
 P A P A A C P A T R I A R C H A  
*Alexandrinus &c. Constantinopoleōs Prae-  
 ses, Ioanni Dousē Nordouici, viro eruditissi-  
 mo, mediocritatis nostrae filio dilecto gra-  
 tiam, misericordiam ac pacem à Domino Deo,  
 Salvatoreque nostro Iesu Christo.*

**H**AVENT nonnihil consolatio-  
 nis humanarum rerum calamita-  
 tes; quūm cēim ad has nos detruserit  
 terreni elatio parentis; illam nostros  
 miseratus labores cœleitis, clargitur  
 Pater: atque hæc quidem harmonia  
 è grauibus acutisque concinnata, fit  
 piis auribus modulamen quoddam  
 salutare: dum perpendunt grauita-  
 tem malorum pœnam esse aut pœnae  
 nostrorum, id est humorum, meri-  
 torum, decentissimam: quicquid au-  
 tem leuè, id est lœtum, Diuinæ esse  
 gratiæ monumentum, abylio ab imo  
 perditio-

ueniunt : Quippe, qui quām in hac  
 versemur tessellā humanæ conditionis,  
 maioremque , atque fortassis potio-  
 rem vitæ partem traduxerimus , tan-  
 demque sedes illas ecclesiarum quæ  
 per orbem terrarum maximæ , atque  
 supremæ sunt, Dei Optim. Maxim.  
 misericordiâ concreditas nobis, quam  
 maximâ animi sollicitudine , magnis  
 laboribus, ingenti périculorum æstu ,  
 in hac locorum sentinâ, in hac collu-  
 râ temporum , ad hanc usque diem  
 magna omnium admiratione ( præ-  
 terquam nostra ) administrauerimus ,  
 dum his tempestatum tricymiis penè  
 soli confictamur semiobruti , fit ta-  
 men ut nonnāpōiam peregrinorum  
 hominum colloquiis animus , curis  
 æstuans , laboribus confectus ( corpo-  
 ris prætereo valetudinem aduersam  
 quæ animos infestat ) fit tamen ut pe-  
 regrinorum hominum colloquiis non  
 nullâ ex parte refocilletur : nec me  
 deterret à quocumuis nonrum præ-  
 fertim

nostræ mediocritatis multis nōmīnibus  
 dilectissimum , per quem apud nos iu-  
 ienis commendabatur: ut cūm ad has  
 oras non inerti animi studio pērāgran-  
 das accēderit; darem opēram vt aliquid  
 dignum' labotib⁹ suis; dignum Patre,  
 dignūm Patriā nanciseretur. Has ob  
 res opellam nōstram optimē merito iu-  
 ueni polliciti sumus, atque eō quidem  
 libentiūs quōd videbañus urbes homi-  
 nūm atque mores (id q̄d de pruden-  
 ti viro cecinit ille ) nōn inanis gloriæ  
 studio perspiciendas aggressum iuue-  
 nem, sed ad prudentiam comparan-  
 dam. Quam ad rem si quid illi nostra  
 contulit opera, nescio : hoc vnum scio  
 quod iuuenem, artiuim⁹, semperque  
 libentissim⁹ sumus alloquuti neque  
 impedimento nobis fuit , aut homi-  
 num, aut rerum nonnunquam ingens  
 p̄grauisque conglomeratione: qui r illi,  
 & accedere, & issidere, & sciscitari , &  
 consequi quicquid petierit, quam facil-  
 limē licuerit; tandemq̄ue cūm ad te re-  
     verti

ciis. sed libris, quos typis apud vos multo atque laudabili fœnore pepererit Christiana charitas, cuius fructibus iij maximè carent, qui sese Aristarchos Censorisque teriarū orbis haberet contendunt: indequæ Magisterium suum auspicantur, in hocque intendunt, in hoo sc̄ exercent ut in hominēs fratres inimicū fraternitatis animis insitent: quumque calamitates hominū in hominibus eleant ac debeat nō nihil incutere miserationis, illi contrā de miseriis hominum triumphant.

O cæcas hominum mentes, d̄rectora cæca! Filius Dei sese ipsum sua illa maiestate exinanivit dum saluti consulere hominum contendit: nos nescio quæ imperia extrinxitis in perniciem, & cūm pernicie hominum, & haberet volumus pro Christo, illo cuius studiis nostra studia dis̄dia mutav̄ dissonare deprehenduntur. Quod si in causas inquiras huiusc in nob̄s, nescio quid aliud dicam quam id quod res est, edij, in nos Græcos dico,

esse Ecclesiam ipse dixit, ipsum ex ipsius  
 verbis agnoscimus. & ἐπὶ ταύτῃ, namque  
 ait, ἦτε πέτροι. Paulus dicit ἦν δὲ Χριστός  
 neque enim in te Petro, sed in me  
 (ut vigilantissimè diligentissimus notat  
 Augustinus) ædificabo dicit Ecclesiam  
 meam. Hęc quum ita credamus, nescio  
 quamobrem audeant nonnulli (id quod  
 satis impiè fecit Sandras) Ecclesiā Ori-  
 entalem cum Diaboli ecclesia (ò scelus  
 infandum.) coniugare. Ita sunt animis  
 parum Christianis quæcunque non faci-  
 unt ad palatum, quæcunque non arri-  
 dent, impia, ab sinuque Dei ciicienda,  
 ab Ecclesia proscribenda, ferro flam-  
 inisque profliganda. Sed de hisce rebus  
 satis sit, ne etiam literæ quas ad amicos  
 scribimus aliquo officio exhilarandos,  
 ac dulcorandos, recordatione nostra-  
 rum ærumnarum aliqua ex parte con-  
 turbent. Deus Opt. Max. tandem ali-  
 quando extinguit malarum cupidita-  
 tum ab animis hominum hac incen-  
 dia, dissidiorumque Ecclesiæ tenebras  
 disiiciat:

## ΜΕΛΕΤΙΟΣ

ελέω Θεού

Θυμού

ΠΑΠΑΣ ΚΑΙ ΠΑΤΡΙΑΡΧΗΣ  
 τὸ μεγάλης πόλεως Ἀλεξανδρείας,  
 Κολτής τε τὸν οἰκουμένην, Και Επιπρωτῆς  
 Κωνσταντίας πόλεως,

Γεωργίῳ Δεζῃ Νερδοβίκῳ περὶ Ιωάννης, καὶ σὲ Κυρίῳ  
 αγαπητῷ χάριν, ἔλεος καὶ εἰρήνης ωραῖα τῷ Κυρίῳ  
 καὶ Σεΐ πατρῷ Σωτῆρες ἡ μητέρα Χριστός.

Παρέχομεν. Οὐ τῇ φιλοκαγαθίᾳ  
 (Γεώργιε τέκνον) τὰ Ακίλεαρίς περιθυ-  
 μότερον ἢ πᾶς ἐζήτεις. εἴγε θερμοτέροις  
 δεῖται περιποιεῖσθεν τὸ διδόνατο, ή τὸ λαβεῖν.  
 ἐφ' ὃν καὶ μακαριώτερον τάττεταις θείας  
 ἐκεῖνο κέχεται γράφαις. αἱ λαές διε τῷδε  
 μεταχεῖν ξένεσαι δικλέοντες τὸ μεταδόσεως,  
 εἴγε ποιοδάστης ποιημασμὸν τὴν βίβλον τοῖς  
 λείζουσι, λεωφίμῳ πάντυπων τοῖς διερ-  
 γίαις, ὄργανων τὸ διαδόσεως. δὲ ημᾶς γ' αὐ-

τάτ

# M E L E T I V S

Dei misericordia.

P A P A A C . P A T R I A R C H A  
 magnæ ciuitatis Alexandriæ, Iu-  
 dexque terrarum orbis, Constan-  
 tinopoleo Praeses,

*Georgio Dousæ Ioannis Nordouici, filio in Do-  
 mino dilecto, gratiam, misericordiam ac pacem  
 à Domino Dev, Salvatoreque nostro Iesu  
 Christo.*

**E**xhibemus tuæ humanitati  
 (Georgi fili) Actuarij opera, prom-  
 tiore animo, quam volebas; gnari ma-  
 gis dandis, quam accipiendis beneficiis  
 amicitias parari oportere: quod & Sacrae  
 literæ nobis instillant. Sed & tibi hu-  
 ius laudis licebit esse participi, si editi-  
 onis organo, beneficio videlicet typo-  
 rum usus, publici juris facere librum  
 studueris, & mē datorem tibi proposue-  
 ris, à quo facilius obtinuisti, quod cum  
 fœnore

Exemplum Epistolæ (cuius in literis  
Patriarchæ expressa mentio) ad  
eundem Georgium à Patre trans-  
missæ, cui a hac inscriptione:

*Optime p̄ficiuensi GEORGIO DOVSÆ, filio  
visitæ dñe Eto, Constantinopolim,*

IANVS DOVSA Pater  
GEORGIO FILIO s. dico.

**T**ANTI penè fuit Scythicas calcare pruinas,  
Sarmaticas tanti sub Ioue ferre nives:  
Fraterni ut luctus ageres & fulminus expers,  
Quo mea penè solo corruit iusta domus.  
Me miserum! fui: ille mihi, mea gaudia, IANVS:  
Sospite quo nobis vivere dulce fuit.  
Nunc desiderium, cui par nequeo esse, relictum  
Est mihi: funestum cætera marmoi habet.  
Nempe iacet nostræ fulci non grande senectæ.  
Heu! cur non eaderi nos quaque terra tegit?

Hæc in maximo meo ac parentis tuæ,  
insolabiliter se afflictantis mætore ac  
luctu, profudi verius quam scripsi. Eò  
dico,

dulò ut nos de instituto tuo ac totā itineris ratione certiores redderes, primum per literas interpres, quas anno superiore, vi. videlicet Augusti, Cracoviā ad mē dederas, eodem exemplo ternas, accuratissimè scriptas, ac diuersis itineribus missas directasque, quas omnes pariter dicensis temporibus acceperis. Cæterum cùm earumdem lectio incertum planè me reddidisset, ubinam locorum erat gentium literate mēa reperituræ essent, superiuacio scribendi labori supercedendū mihi existimauit. Nunc cùm ex postremis suis xiii. Deceinbr. Leopoli ad nos datis intellexerim, que rem eligias peregrinationis tuæ cursum hactenus interruperint, ac Legati Polonici discessum remoratae fuerint, diutius mili musitandum non putauit. Itaque habet scias, magnam mē levamenti partem eius doloris, quem ex fratri tui obiit maximum. Iachercule ac grauissimum conceperas, ex literarum tuarum lectione consequutum. in quibus illud

NEM SIMONIDEM, quem virum ego  
 iampridem ex scriptis editis Ælinopæ-  
 gane putam, atque Odis Pindaricis, tum  
 Ioëlis Paraphrasi illâ Poëticâ multò  
 quæstissimâ, procul diffitus licet, & ve-  
 neratus sum & admiratus. O eximum  
 illum & mei stomachi Vatem. Vtrique  
 proinde mea opéra de ineliore notâ  
 commendari, simul apud illustrem Re-  
 gis Polonici Legatum, Castellatum  
 dico Halicensem, me insinuari, atque  
 adeo in gratiam ponî curæ habeas ve-  
 lim. à qua missionem cum bonâ eius  
 gratia primo quoque tempore ut impes-  
 tres, tuum porrò fuerit adniti, quo ante  
 brumam scilicet, vel (si fieri possit)  
 etiam temporius in patriam remigrare,  
 ac post tam longinquæ peregrinationis  
 tædia horsu*m* ad nos, hoc est, parentes  
 tuos ac fratres vorsoriam capere possis,  
 iure postlimij. De pecuniâ enim uti  
 petiuisti, tibi in tempore curandâ, ad  
 Ioannem Euchâier accuratè scripti,  
 ne quid sit quod reuorsioni ad nos tuæ

m. Gram

tuæ dignitas requiriébat. Verum tute-  
hitate nostræ veniam dabis, & ex ani-  
mo potius rem æstimabis, non ani-  
mum ex re. Fortunulæ meæ si hoc etiam  
scire voles, apud Hercem meum non  
pessimè collocantur. Spero me hone-  
stissimi otij luctuosa tam copiam habi-  
turum, in quo, & in libris utinam mihi  
consenescere contingat. A Patre tuo  
hanc tibi epistolam, hanc alteram à  
Bircouio. Petrum Ceklinium qui tibi  
has reddit, scies esse ex primariis Secre-  
tariis Regiis, virum optimum, intera-  
rum amantissimum: si quid librorum  
manuscriptorum mea causa compara-  
sti, ubi hominem monueris, pretium  
dabit & ad me transferet. Bene valere  
te cupio. Lopoli. Anno 97 Junij 26.

Tuamissimus S. Simonides.

Alteius

per te ab heris suis: maiori fide ne mo-  
cominendari posuit. Sed quid facias?  
mala mens, malus animus. Hoc potius  
gratulor, in familia in te acceptum a  
viro Principe, qui honorem ingenio tuo  
habere non spernit. Quid si hoc ita sit?  
ut lati aliqui dum aduenit, semper  
præcedat, quoq; uis non euerisse: sed  
ego fortean refri. o mælestiam, quam  
tu iam olim exipuisti. Ego etiamnum  
inter meos viuos, non alio negotio, quam  
ut illis & eorum rebus prouideam.  
Breui tamen expediam, & me apud He-  
roëm meum colloabo. Ex ista tua pe-  
regrinatiæ fructum etiam ad me re-  
diterum spero, quâ libris, quâ cæteris  
rebus. Quæso amiculi ut memineris.  
Bene valere te cupio. Leopoli, Sep-  
tembr. 6. anno 97.

*Tuus amantissimus*  
*Simone*  
*Bon.*


γιπτερθέος φαρμάκων κρατήρα à nemine amico-  
 rum delibatum propinare. & eos qui-  
 bus lucis huius vñram debes primos  
 omnium optatissimi iucundissimi que  
 aspectus tui vñluti quo ñam vitalis auræ  
 afflatu refocilizze. Lando itaque vehe-  
 menter pietate in tuam, & quod superest  
 gratulor tibi, n*isi* Dousa, v*c*e iterum cum  
 Poëtâ meo loquias ~~καὶ μηδὲν οὐ~~: gratulor  
 inquam tibi ~~διπλῶς ποδὶ γεννόσαρτος~~. Sed ô fa-  
 ctum bene. Exarante enim me hæc ad  
 te, en à parente tuo ad Ill. V. Iosephum  
 Sealigerum nuncius, quo illū, & quod  
 ego maximi honoris beneficijque ~~κο~~  
 duco) etiam me Hagam euocat, ami-  
 ceque roget, v*ñ* diem vñram atque alte-  
 rum secum ponamus, simulque de pro-  
 fectione tuâ Polonicâ, Thracicâ & By-  
 zantinâ ~~καταγιγγεῖται~~, & versantis Co-  
 didibus Græciq M S S. quos ~~πολλὰς πε~~ &  
~~πολλὰς τεκῦ ad se abas nos cōlectare pos-~~  
 seimus. C ex*ā* iam Douisci pectoris  
 dem! Nec <sup>h</sup> enim ille felidum fari  
 freditu tuo gaudium gaudere se posse iu-  
 dicabat,

eram autem generosum pectoris trucim-  
 petum, qui te inuestem adhuc. Baptizata  
 summo exterarum nationum atque  
 adeo Græciae visendæ desiderio intlam-  
 mārat. Nunquero ob felicem præclari  
 instituti tui successum cùm & maxi-  
 mam ex istâ profectione laudem com-  
 pararis, condilicâ tibi summorum  
 apud exteros virorum amicitiâ, & allia-  
 tis non paucis Codicibus Græcis MSS.  
 & Inscriptiōnibus Veteribus, è quibus  
 multum dignitatis latque ornamenti  
 rei litteratiæ accessurum speramus quo  
 pacto non egredior nominis studio-  
 sissimus singulari quâdam latitiâ sim  
 perfusus, cùm videam tibi ad demeren-  
 dam summorum virorum gratiam ac  
 benevolentiam non solum paterni no-  
 minis caritatem ac splendorem qui  
 certè sit maximus plurius profuisse,  
 verum etiam æ illam ipsam quam dixi  
 gratiam rōte idem atque amplifico.  
 tam multam per literis kubuisse susgu-  
 larem illam & mihi iamdeum pe spe-

que Christiano donaueris, & res s. on  
 Constantinopolitanas tibi iam ex autelio  
 multoque ysu cognitissimas illustraue-  
 ris. Erit, mihi crede, labor hic tibi no-  
 bilissimeq[ue] genti D[omi]nus in primis  
 honorificus, & Reip. Christianæ sum-  
 moperè condicibilis, cuius multum in-  
 terest, ut Vrbis illius, quæ olim merito  
 πόλις πόλεων, η βασιλεων, εστι, appellata,  
 atque adeo Imperij Constantinopoli-  
 ni magnitudo ac dignitas yniuerso  
 Orbi Christiano magis magisque inno-  
 tescat. In quo desinam, & ne ad preclaris  
 huius operis De rebus Constantinopo-  
 litaniæ structuram ad quam te exhibitor  
 απόμενοι plati fuisse videar, mitto ad  
 te επιμηλios meis Excerpta quædam  
 manu mea exarata. In quibus est Gre-  
 gorij Cypri Patriarchæ Constantino-  
 politaniæ Descriptio & Encorium illius  
 Urbis; & Embrae Chrysoloræ Epi-  
 stolæ aliquæ Ignebus Veterem & Nu-  
 uam Romanam ac puratam pre-  
 comparat. quæ Codino tuo & illi verè  
 magno

~~Pag. 37. lin. vlt. a lege remanere non spondebam. pag.  
53. in margine emendanda inuenier. pag. 55. lin. 18. corri-  
ge. In ss. pag. 75. l. 3. penult. distingue latissimo reficeret:  
reliqua facile ipse emendatis.~~





anno 1593 Gabrielem, Patriarcham Ale-  
xandrinum, duos Legatos Presbyteros,  
Sancti Macarij Monasterij Monachos,  
nomine Iosephum & Abdellmessiam,  
Romam, vñionis cum Romanâ Eccle-  
siâ incundæ gratiâ ablegasse, idque cum  
literis ad Pontificem hoc modo inscrip-  
tis: PATRI PATERVM, PRINCIPI  
PATERIARCHARVM; TERTIO-  
DECIMO APOSTOLG DOMINI  
NOSTRI IESY CHRISTI, QVIN-  
TO EVANGELISTÆ, SANCTI  
PETRI SVCCESSORI. *Tibi data est*  
*potesas soluendi & ligandi, &c.* Ac hos  
quidem Legatos, Romæ, Patriarchæ sui,  
& reliquorunt subditorum nomine,  
Confessione Fidei, quæ ipfis propone-  
batur, editâ, tanquam Catholicos Ro-  
manæ Ecclesiæ susceplos ! omnesque  
adeò & Ægypti & Æthiopiæ Christia-  
nos Romanæ Ecclesiæ conciliatos. Me-  
ra est fabula ihiuc, ut puto, orta ; siue  
quod Orientales quidam impostores, ut  
stipem emendicarent, Romanis nimis  
creduulis

quæ de hoc Meletio scripsit Auctor Epistolæ illius, Viennâ Auffriacorum Cal. Oct. An. Salutis 1582 ad Cl. V. Dauidera Chytræum trâsmisæ: quæ Hodoëporicon nauigationis ex Constantiopolî in Syriam, Palæstinam, Ægyptum & mo-  
tem Sinaï &c. inscribitur: & sub fine Chronicorum Turcicorum Tomo se-  
cundò à Ioanne Wechelo A. 1584. Fran-  
cofurti typis publicatorū legitur, cuius  
elogij particula, propriè ad Meletium  
spectantis, hoc loco tibi lectitandam  
propono; quæ sic habet. Transiunt  
postea denuò Nilum, sex horarum spa-  
tio Alexandriam terrestri itinere perue-  
nimus: ubi per octo dies subsistentes &  
Vrbis per celebris situm aliaque memo-  
ratu digna perlustrâimus. Interim  
quoque accessi Meletium Protosynge-  
lum Calogerum Græcum, & Montis  
S. Catharinæ. Ita Monasterium vo-  
cant Fratrem: Virum & scientiis hu-  
manis, & literis sacris admodum ele-  
ganter doctum; Latinè pariter & Ita-  
licè

gelo viro doctissimo, qui & Alexandi-  
nus Patriarcha Imperatur crediturque  
futurus. Idem etiam testatus Vita eius,  
Dialogo quodam Orthodoxi Christi-  
ani titulo ab eodem Meletio Græce  
scripto, ac A. 1596 Vilnae impresso, præ-  
missa: & doctissimus eius libellus con-  
tra Iudæos Latine primum, deinde &  
Græce scriptus, ac Leopoli Russæ A.  
1593 Græcâ pariter & Rutenicâ linguis  
excusus. Ne pôrrò hunc vitilitigato-  
rem non satis emunctæ maris fuisse arbi-  
tremur, ait, eum, qui epistolam illam  
excogitauit, stylum Alexandrini Patriar-  
chæ, titulum eius, inscriptionem &  
subscriptionem, calculum annorum  
mensis item nomen latuisse: solere illos  
adiicere, quo quisque ordine sit Patriar-  
cha, ut Gabriel erat 97: & à Diocletiano  
Tyranno arcessere anni computum, qui  
iam sit annus 313. Fortè Costerus hoc  
ex Baronio didicit, qui eundem sco-  
pum in Annalibus suis spectasse vide-  
tur, quem Teretius in Prologo Andriæ;

Poëta

drinus, &c. Constantiopoleōs Præses) Romanam Ecclesiam pro Catholica, & eius Episcopum pro Ecclesiæ vniuersalis capite non agnoscere. Verba eius plena Christianæ veritatis, pietatis & modestiæ, quæ tu impudentissime sycophanta, in putidissimo tuo libello Iesuiticâ, fide non integrè posuisti tibi reponam; quæ ita habent: Reliquum est, ut hæc vos amoris pignora rependatis aliquibus identidem amoris pignoribus, non gemmis, non auro perditorum hominum deliciis. Sed libriss, quos typis apud vos inulto atque laudiabilis fœnore pepererit Christiana charitas, cuius fructibus iij maximè carent, qui se Aristarchos Censoresque terrarum orbis haberi contendunt: indeque Magisterium suum auspicantur, in hoc que intendunt, in hoc se exercent, ut in hominibus fratres minimè fraternis animis insultent: quumque calamitates hominum hominibus soleant ac debent non nihil incutere miserationis; illi

D contrà

# DE ITINERE SVO CONSTAN. si

Niceno° Concilio confectum secunda,,  
compleuit Synodos, accuratissimè Spi-,,  
ritus Sancti explicato articulo, inuiola-,,  
tum conseruamus. Athanasio falso ad-,,  
scriptum Symbolum, cùm appendice,,  
illa Romanorum Pontificum adultera-,,  
tum luce lucidius contestamur. Roma-,,  
num Pontificem, Romanum agnisci-,,  
mus Pontificem. Christum unum uni-,,  
uersalis Ecclesie vniuersale caput cum,,  
Paulo prædicamus. eundem esse lápi-,,  
dem illum angularem Σιονίτων, in quo,,  
construendam esse Ecclesiam ipse dixit.,  
ipsum ex ipsis verbis agnoscimus. n̄,,  
πατέρων, namque ait, τίλη πέτερος (καὶ πέτρα,,  
Paulus dicit, ἦσθις καὶ σέ) neque enim in te,,  
Petro, sed in me (vt vigilantissimè dili-,,  
gentissimus notat Augustinus) ædifica-,,  
bo, dixit, Ecclesiam meam. Hæc quum,,  
ita credamus, nescio quamobrem au-,,  
deant nonnulli (id quod satis impiè fe-,,  
cit Sanderus) Ecclesiam Orientalem cum,,  
Diaboli Ecclesiā (ò scelus infandum!) ,,,  
coniugare. Ita sunt animis parum Chri-,,

εἰδὲ αἱ ἐγκλησίαι αἱ μετεπορθμέταις ἐκκλησίας τὸ λόγον  
παραλυτέοι τῆς παθολητῆς. Sed quid pluribus  
verbis opus est? peccates patrem meū Lite-  
raruīm Patriarchā est αὐτόγενον. Sunt &  
apud me libelli illi ante citati, quorum  
inspiciūdi copiam si quis volet, à me pe-  
tat licebit. Huius porro Beatissimi Prä-  
fus vitam non alienū fuerit Græcorum  
potius, quam meis verbis, ne quid forte  
amori eius tribuere videar, hoc loco le-  
ctitādam præponere; ea vero sic in Dia-  
logo Orthodoxo compendio texitur.

Μελέποντὸ επίκλην Πηγᾶς, μέχει θύμερον ἀλλαζού-  
σρέας Πατριαρχής, εἰ τῆς πειρώνες παλαιᾶς ἐμεῖς  
ἐκπονηταπόλεως Κρήτης ἄγων τὸ γένος, οὗτος ἐστὶ Ιωάννης  
εὐδόξων, καὶ ωρωτούμονται αρετὴ τὸ πολυτάν, πανθόθεν  
παρὰ σοφῶν παιδεύτερος, αὐτὸς τὸ κατ' αὐτὸν γέγε-  
νητο βίος μιδασπαλος, δικοθεγ διώ πηγέσσων βρύσαν την  
αρετὴν. Επι δὲ παῖς αὐτοῦ ὁ μοδογενεῖς οὐκέπις, καὶ τῇ μηδί φύ-  
σι σωματοῖς, τῇ ωρωτηρεῖς δὲ μιδασπαλος η πολυτίκος.  
Ει γὰρ οὐκέπις, καὶ χολαῖς διπό τῶν μαδηπατίτων,  
διρίσητο λόγος τῶν μελετῶν καὶ σωταττόμηνος  
ωρὸς ἑαυτοὺς, οἵσαν δὲ οἱ λόγοι μιδασπαλίας μοσοὶ, Εἰ δέ  
τονταν τὰ γνωματίποντα. Εἰλην δὲ εἰς οἴδ-

Latinam  
istius vte  
versionem  
sub finem  
huius libri  
epistolis  
Meletij  
praeceps  
sanctorum  
inclusis.

Σεργᾶ δὲ μέχρι τίμεσον, καλὺς ποιητὸς ἐξ αὐτῶν.  
 Τοῖς δὲ αὐτῷ κανόσι τε καὶ φροσάγμασι, (αὐτοῖς  
 φθόνοις εἰρήνας καὶ γένος αἴπερ) οὐ μόνον Αἴγυπτος,  
 ἀλλὰ καὶ αὐτὴ θράση καὶ πᾶσαι Ελλάς οὐ πείσει ἔτοι-  
 μος οὐδὲν οὐδένι. Ινα δὲ μάτης δόξων ψευδαριστά-  
 τινα φύλακας θεούς, καὶ ζυγεῖς με τὰς τοῦ αὐτοῦ  
 τελειοτέρας αὐτοῦ εἰκόνας εἰκόνα, πέρας τῷ λόγῳ τάχε-  
 τον δίδωμι, τάκον αὐλοῦ παγκορμίσεων αἰρετέ-  
 σαι, πλεῖστα βιβλία συνέργαστεν. οὐδὲν δὲ πάντα τούτη-  
 ραμάτινον εἰδέσθω πλην τοῦ καὶ Ιεραίων Ελληνικῆς  
 καὶ Ρεστιῆς αὐτοῖς μαλέξεως. Καὶ νεώτερον οὐ παράγετος  
 μιάλογος, οὐδὲ συνέθετο, οὐδὲ τοῖς αποδιάσις γίνεται οὐφε-  
 λος ἀναγνώσιν. μάλιστα δὲ τοῖς τόποις καὶ πάλε-  
 σιν ἐκείναις, ὅπῃ μάλιστα βρύσον αἱ μαρεῖς καὶ παλυπόι-  
 κιλοι τῶν αἱρέσεων, ὃν γένοιτο ήμας τοῖς τοῦ αγίας τῆς Χρι-  
 στῆς καθολικῆς καὶ διποσολικῆς ἐκκλησίας τοῦ αὐτού λικῆς  
 ἀκολυθεύντας κανόσον τε καὶ φροσάγμασιν ἐλόνθερεσθαι  
 τε καὶ μαρτυράττεσθαι Ιησοῦ Χριστοῦ, φησι δόξα καὶ  
 τὸ κεράτος σωμάτῳ αὐτῷ παρέστη καὶ ζωοποιῶ πνεύματο-  
 εἰς τὰς αὐλαῖς, ἀμέν. Ex his verbis, quibus  
 omnium eorum, qui Meletium noue-  
 runt, consensus accedit, satis constare  
 arbitror, in hoc Viro pietatem cum do-  
 ctrinâ concertare, & non desidiosè Ti-

QUE PROPIVS INSEQUI ET COMITA-  
RI sibi videantur, atque id palam pro-  
fessi iactitent, me qui minimum atque  
ad eo ihutilem Iesu Christi \*discipulum  
ago, odio habuerunt gratis. Atque hi  
quod neminem, qui alias bene audiat,  
palam improbare audent, aliorum  
quos ad eam rem occulte inducere pos-  
sunt, ingeniis & nominibus abutuntur.  
Horum autem nos nec artes fallunt, nec  
gregem prodeat aut cognomen ihdi-  
care iuuat. Utuntur quidem illi M A-  
G N O & INACCESSIONIBILI ad suas  
res agendas MYSTERIO, sed quod  
facile iis, qui simplicius apertiusque  
agere volunt, pelluceat: quodque non  
post multos annos tandem aperien-  
dum est virtute illius, qui illuminabit,  
abscondita cordis, & OCCULTATE-  
NEBRARVM, tunc laus erit vnicui-  
que secundum opera sua. Atque his  
quidem verbis satis eleganter, ut arbit-  
rор, hoc genus hominum Arias Mon-  
tanus delineauit: at vero si se nondum

D 5 norunt,

Hesperiae fuscis gens emissaria ab oris,

Fucum affectata qua grauitate regit,

Nata magistratum conuellere, nata ministris

Subtrahere obsequium præfulibusque suum:

Geryonæ que dum placeat faveatque trifaci

Terrarum reliquos non facit ossis herds,

Et caelo facinus dignum putat, omnia sœui

In regis longas tradere sceptra manus.

Quæ disciplinam morum, quæ Gallica venit

Exuto legum fulgere iura metu,

Et viles regnanti animas, ipsosque negando

Horrenda reges proditione docet,

Seruandamque fidem negat, argutisque cauillis

Detorquet magni iussa seuerâ Dei.

Sunt tamen, & cur sunt? qui nunc quoque cri-  
mine in isto

Obtendant causam relligionis agi;

Accusentque bonos vltro, excusentque nocenteis,

Et patrocinio consilioque iuuent.

Hosne supersticio maleficos excitet astus,

Quique atra vexat pectora bile furor,

An pietas simulata, mea nil querere refert,

Damnamendum in magnis cum sit utrumque  
viris,

Quos

Crudeleis animum vertis ad insidias;  
 Gallia & in media conscripto rutilite regnas,  
 Diraque fraterno nomine bella geris.  
 Nempe tua à bello cunctorum fonte malorum  
     Secta sata est: bellū hinc nūne & adulca ferit.  
 Aspice Carrasam, placide qui tempora vitæ  
     Impendit studiis, secta profana, tuis:  
 Mox septem impositas infedit collibus arces,  
     Cornua terrificis intonuere minis.  
 Tympanaque Italia confestim audita per omnem,  
     Vrbis & ad portas Hannibal alter adest:  
 Nosque leues adeo, nos, credula pectora, Galli  
     Ad bellum infasta sollicitamur aucto.  
 Protinus inducæ violantur patre Quiritum  
     Auctore, & Martis yngnus turbe venit.  
 Pignora iam belli rutilane, micat igneus ensis  
     Liuido adhuc stridens à Phlegethontis aqua.  
 Hæc infelicitis Gallis primordia belli,  
     Quod nos exitio nostraque pæne dedit.  
 Huc ergo huc animos, terra qui sceptra tenetis:  
     Nunc velo aucto cernere vera licet.  
 Causa heic vestra agitur, nam credite, vestra  
     potentis  
     In vita HENRICI verius ecce salus.

Ille

Dumque sub his operam studii nauare magistris,  
Et ferula prohibet supposuisse manum.

Uos quaque, quos celi rector diadema te cinxit,

Hoc sapere exemplo discite; noxa prope est:

Nec temere errore sin regna admittite vestra;

Hostis, si quis erit, præbeat hospitium.

Sentiet is presto damnum, recteque monenti

Flebit, at heu sero, non habuisse fidem.

Mition infameis exercuit ira volucres,

Quas Phinei mensis incubuisse ferunt.

Nempe per hos factum, diuina ut vocis apud vos

Esse ubique famæ, esset ubique sitis.

Quis Deus alipedes Arctoo ex axe gemellos

Misit, & ætheria monstra fugavit ope?

Fercula nunc nullo fætentia sumere tacitu,

Nunc licet è puro fonte leuare sitim.

Reddit a libertas nunc pristina reddita regno

Maiestas; sacris nunc quoque constat honos.

Dicere nunc verum licet atque audire vicissim,

Inque Dei templo nunc bona verba sonant:

Nullaque mendaci donet iam pramia linguae,

Venaleisse animas statim Iberus emet.

Turba inimica vale, non exarsisse furore

Centauros tanto fabula prisca refert,

Marte

*Et nisi sponte feras, nigrum damnabit ad Orcum:*

*Namque etiam in Stygiis ius habet ille lacus.*

*Tu quoque Vindelicos, qui Gallica nomina, Boies,*

*Qui trans Danubium Norica regna ienes,*

*Quoq. iunes Patres, vestemque Fibula ne cit,*

*Effundis totas luxuriosus opes:*

*Sumptibus immodicis accepta ut damna dolebit,*

*In ger tem ingratam qui periere, nepos!*

*Bello internecino cum dulcia pacis autæ*

*Otia mutabit seditiosa cohors,*

*Et tua regna dabit placito rapienda tyranno;*

*Quippe sibi id proprio iure licere putat.*

*Quin procul ad fuscos gens dira remisit Indos?*

*Illic mira canunt edere facta Patres.*

*Illic relligio per sola silentia crescit,*

*Nec res verbo agitur, iussit ut ille, Dei,*

*Consita sed granis in sacra rosaria ramos*

*Fundit, & in ramis muta sigilla gerit.*

*His, quibus inter nos perit artibus, incipit illic*

*Relligio, incuris mox peritura suis;*

*Et noua cuncta placent, quoniam nouus orbis est,*

*ille est,*

*Ex prista superest & pietate nihil.*

*At procul Harpyæ hinc, procul hinc Ixione nati*

Fraternum passim Lex Christi inculcat amorem:  
Exiit a vestris quam procul ille choris!

~~N~~ostor Christus, no Sector: vos dare flammis  
Corpora, vos Christi membra secare iuuat.  
Plebem iussa Patrum, natos feruare parentum  
Exemplis Christi nos monet ordo suis;  
Contra in honore Magistratus, vel habere pa-  
rentes,

Ignati Patris vos documenta vetant.  
Ignati, in cuius iuratos verba Magistri  
Spernere vos homines hinc iuuat, inde Deum.

Ignati, cui Dote viros fraudare, parentes  
Prole suâ, Votis summa capi que fuit.  
Quis quis obit, vobis cedant Legata necesse est,  
Nec refert, orbus, an pater ille cluat;

Exhaeredantur nati quoque. quam procul absunt  
A I H E S V haec? Hares nullius ille fuit.  
Vos censis patrio dites spoliatis alimnos:  
Restitui Dominis res iubet ille suis.

Discipulos sine re paucos sibi iunxit I H E S V S:  
Ceteribus in vestris pauper ubique iacet.  
Nil habuit Christus, vos omnia: nulla supplex,  
Nulla damus Christo, culcita nulli fuit:  
Vos Vrbem vestris domibus cōpletis & orbem,

sociales isti studeant, qui ut Christo  
 sunt dissimillimi, ita proxime ad Pha-  
 risas accedunt, quos passum Christus,  
 imprimis Math. xxiii. graphicè depin-  
 git: & Iosephus non rara hos delineas-  
 se, quam in illos digitum intendisse vi-  
 deri potest. Sed ego, ne modum Itinera-  
 rij pluribus autoritatibus colligēdis ex-  
 cedam, cum & aliorum elogiis iam pri-  
 deim hi Patres sint celeberrimi, ad pro-  
 positū redéo. De Meletio fortasse, qualis  
 mihi visus sit, requires. Aetate fam ēst in-  
 grauescente: oris dignitate, animique do-  
 tibus in Orientali Ecclesiā Pontificatus  
 culmine non indignis: hominum ani-  
 mos ipso aspectu sibi dēuincit. Audiui  
 eum aliquoties Galatæ in Templo Χρυσα-  
 ἡρῷον cum magnâ animi iucunditate  
 concionantem. Voce vtebatur elo-  
 quenti, verbis selectissimis & ab omni  
 ostentatione procul remotis. Præter  
 Ecclesiastū curam, incumbit ipsi etiam  
 onus Græcorum controversias compo-  
 nendi, quibus cum quotidie tantum

Ann.  
 Iud. lib.  
 13. cap.  
 2. 7. 24.  
 Et lib.  
 7 cap. 3.  
 de bello  
 Iud. lib. 1.  
 cap. 7.  
 lib. 2.  
 cap. 7.

ptâ historiam cum Mythologîa Indicâ  
 redem. Multa profecto hic Vir non  
 sù, sed Michaëlis Cantacuzeni culpa  
 à Turcis aduersa pertulit. Is Micha-  
 ël ob quædam criminâ in carcere  
 conicctus fuerat: cùm autoritate suâ,  
 ad quam fauore Selimi euictus erat;  
 aduersus Christianos abuteretur. At-  
 tamen postea liberatus, supremi Bas-  
 fæ intercessione Męas Πολυμαρτυris Imperatoris (cuius erat quotannis sexagenis Ducatorum millibus, res in Au-  
 lam necessarias, & pelles e Moscovia  
 pretiosissimas comparare) factus est.  
 Tandem vero cùm in Moldauia turbas  
 excitasset, mandato Amurathis in An-  
 chialo Ponti Euxini oppido, laqueo vi-  
 tam finiuit. Vereor, ne huius exempli  
 commemoratio grauius tuum animum  
 perculerit. volo, si possum commodiore  
 narratione abstergere, si quid tædij ad-  
 hæserit: nam quod sequitur sine risu  
 fortasse non leges: cum aliquando ad  
 تاچتال قلا Tachtal Cula (ita nominatur

nem Christianum, si imprudens Alcorano insideret, capitis suppicio afficeret. Eiusmodi superstitione laborant Turcae. Lotioni etiam corporis plurimum tribuunt, putantes frequenti lotione animi sordes elui. Immane apud eos piaculum illotis pendibus & vereto Templum ingredi. Nunquam etiam vides Turcam ad requisita naturae secedentem, quin statim deinde partes obscenas lauet. Ut cunque tamen sordes corporis detestentur, platearum mundiciem minime curant. Si iumentum aliquod moritur, statim cadaver in publicum eiiciunt, in quo cum aliquando eos reprehendere, dicebant ad canum præcipue sustentationem hoc fieri, quibus si eiusmodi alimenta defint, etiam plerique domestica edulia præbere non dubitant, quod presati consonum maximè arbitrantur. Sed his omissis ad institutum reuertamur. Postquam aliquot menses Constantinopoli exegisse, li-

Lotion

quem septem ferè menses exegeram,  
 Viro omni liberali doctrinâ, comitate,  
~~terre~~ politis virtutibus cumulatissimè  
 instructo valedixi, rebusque ad iter  
 compositis x. Kal. Decembris Con-  
 stantinopoli discelli: nec sumus eo  
 die longius quam كوكز دوك

كمسى صكمسى Kuczuk Czekmesi, hoc est  
 Pontem paruum progressi.

Oppidulum est quinque circiter hora-  
 rum spatio Byzantio distans, laco supra  
 quām dici possit amæno situm. Inde  
 postridie digressi بودوك صكمسى

Buiuk Czekmesi, hoc est, Pontem magnum perueanimus. Pontes  
 ambo tam maior, quam minor oppidis  
 sibi vicinis nomen dederunt. Pontes hos  
 Imp. Solimanus Mahumetis huius pro-  
 auus luçulento sanè operc refecit: cui  
 quidem tria in optatis fuisse dicuntur,  
 ut videlicet Aqueductum Valentinia-  
 num restitueret: deinde hos Pontes in  
 utroque, gau maris latissimo reficeret:  
 Viennam denique expugnaret. Prioris  
 utriusque

croci, aliorumque aromatum manipulos, & quæ alij pecunia, ille suis aromatibus præstinabat. Simulabat se quotidianie de gallo assato, cuius iuſculo panem intingebat, confidere, cum tamen ne pilo quidem, quod dicitur, gallus manueretur. Interim esurie & frigore confessus vastissimam montium ac camporum spatia in maximis miseriis emetiebatur, cum quibus tamen diu non est confictatus, quam dum Leopolim intraremus, quo ex loco penetrauit se ad plures. Inter Tzurulum & Selybriam vidimus non obscura veteris muri vestigia, quem à Ponto Euxino Selybriam usque per tingentem Anastasius Dicorus aduersus barbarorum incursionses extruxit. Tzuruli satis cōmodè stabulati sumus in كرمان سرای Carauansarai, quod diuersorij genū iam olim è Busbequio tibi non ignoratur arbitror. Arcem munitionissimam hoc in loco quondam fuisse, cum ex meo manuscripto exemplari

Georgij

licitas perennauerit, meo quidem animo altera Constantinopolis futura sit, quando non minus, quam hæc, à mercatoribus & omnīs generis opificibus frequentetur. Tres dies Adrianopoli commorati progredimur ulterius, trans missaque Rhodopes montis iugo, & septem diebus sub Ioue frigido transactis in Oppidum Haidosch venimus. Per hæc loca transiuntibus pueræ rusticæ nobis panes subcinericios recenti à foco etiamnum calentes, anseres, pullos gallinaceos, gallinasque commodo satis pretio venales offerebant. Exiguo ab oppido Haidosch spatio, vetustæ cuiusdam Arcis in edito quodam monte ruinas vidimus. Hinc per arctissimas cuiusdam montis, quem incolæ Balchanum nominant, angustias, Prouadiam perreptauimus. In hoc itinere interdum miselli alicuius Christiani turguriis excipiebar, quæ tam angusta erant, ut saepè caput sub tecto reclinans, pedes extra ianuam habere cogerer.

Cum

Rhodope

Haidosch

Balchan

Prouadria

τὰ δὲ πρόπεραν προσπάθησε  
Ζεύς γένεται.

Capiit enim eodem die, qui erat XII. Decembris, Boreas ita aduerso impetu, pluviā se etiam miscente, tempestuosè flare, ut coacti fuerint Turcæ comites nostri, nisi, ut ipso dicebant, mori præoptarent potius, in oppidum redire. Hæc autem tempestas cum tanto frigore perseverabat, ut omnes, vna cum curribus & equis in glaciem, siue glaciales statuas potius conuersi videmur. Augebat miserias nostras, quod eo tempore sub diu dorsiendum erat: solabar me tamen aliquantulum, quod eomodo Danubium, quem paulo post transmissuri eramus, facile congelari posse videmus. Postea oppidum quoddam, quod à lacu sibi vicino

*Cara su*, id est, nigra aqua appellata, latus, transsumus. Inde per campos planissimos, quos Tatarski pole incolæ appellant, Baban venimus, Vrbem, quantum ex ruderibus conuicere licebat, ali-

F quando

rumque vastitatem ac solitudinem vi-  
 dimus. Cameretiam venio die vi.  
Februarij, in quo itinere quantos labo-  
 res exahitlauerim, qui duos ferè menses  
 sub dīo transagi, iis cogitandum relin-  
 quō; qui meum studium calumnias,  
 quam probare maluerint. Camenetiā,  
 vbi per aliquorū dies moratus, inc refe-  
 ram, venio Leopolim, inde Belzum,  
 post Zamosciū, vbi ea humanitate  
 Herois Illusterrimi Ioannis Zamoscij  
 exceptus sum, ut omnium tædiorum &  
 miseriārum tam molesti itineris facile  
 obliuiscerer. Tu cogitā, amantissime  
 pater, quam melli mihi fuerit tanta ter-  
 rārum spatia emenso, istiusmodi Viri,  
 quo haud scio an quicquam melius sol  
 illuxerit, fauentiā haud indignum iu-  
 dicatum; idque tui potissimum nō mi-  
 nis merito. Nihil dico de auitā eius no-  
 bilitate, nihil de maiorum eius præclarē  
 gestis. Per se, atque adeo suis virtuti-  
 bus abunde illustris est. Ex quo ille gu-  
 bernaculū Regni admotus fuit, nihil

Omnis probè scimus eum non solum  
Poloniæ, sed & toti Europæ, immorta-  
lis suæ virtutis effigiem, tanquam Pyra-  
mides quasdam aut statuas reliquise.  
Veteribus mos fuit, eis qui insigne ob-  
facinus perpetuitatem meruissent, im-  
aginiæ & simulachra erigere: sed ego ar-  
bitror, ciusmodi statuas & imagines vel  
vi ventorum coniuersus decidere, aut  
fulmine exustas evanescere: huiusmodi  
verò encomiorum genera, quæ viua  
sunt hominum simulachra, nullo modo  
conuelli; aut senio oblitterari posse, in  
ipsa vetustate firmiora fieri. Quocirca  
huiusmodi laudum præcones præ My-  
rone illo statuario, Phidias & Apelles pi-  
ctoribus, & Praxitele sculptore admir-  
atione digni videntur. Cæterum cum  
tot huius Imperatoriis erga Regnum  
Poloniæ existent merita, cum quoniam  
potius eu<sup>m</sup> confefam: cum Cyrone  
illo Persarum. Rege laudatissimo, an  
cum Atheniensium Duce Themistocle?  
cum Philippone Macedone, an Pericle?

nes ferè victorias suas de hostibus quæ-  
 sitas in diem Dominicum incidisse; quo  
 nomine etiam Templum in hac eadem  
 Ciuitate RESURRECTIONI DO-  
 MINICAE SACRUM incredibili  
 impensâ excitari curauit. Sed præter  
 cætera, quæ ibi vidi, afmamentarium  
 imprimis me obstupefecit, per quod  
 dum me duceret, se inibi non nisi  
 tormenta bellica, quæcumque ab hosti-  
 bus acquirere potuisset, reponere dice-  
 bat, quorum iam magnam copiam Ger-  
 manis, Tartaris, præcipue autem Mo-  
 scouitis, dum bello maximi illius Ba-  
 thorei Regis præcerat, belli lege eripuit.  
 Quatuor ita diebus in hac Ciuitate tran-  
 factis, cum nihil, quod ad benevolentia  
 significatione pertineret, Heros ille præ-  
 termisisset, data acceptaque salute Za-  
 moscio discedo; & biduo post Lublinum  
 venio. In hac Ciuitate quotannis  
 Iudicia exerceuntur, quorum in Polonia  
 autoritas tanta est, ut nec ad regem nec ad  
 Regni Procerum Comitia inde prouo-

Vrbi debere me fateor, quod tantum  
hic virum conuenire, notitiamque pa-  
riter & amicitiam cum eodem iungere  
licuerit. Peragrauit is præter Germaniam, Galliam, Italiam & Ægyptum,  
vniuersum penè Orientem, unde sibi  
non exiguam exoticarum rerum su-  
pellestilem reportauit. Vix credo cui-  
quam rei alicuius in mentem venire  
posse, cuius ille specimen in suo reipu-  
nicipio non habeat. Nummorum tam  
veterum, quam recentium tantâ in-  
structus est copiâ, ut non alibi loco-  
rum facile simile quid insinuari posse  
existimem. Huic non inferior est or-  
natissimi ingenij Vir Gualtherus ab  
Holdten, quem nuper admodum ex li-  
teris ad te scriptis cognouisti. Is, præ-  
terquam quod mores hominum mul-  
torum vidit & vîbes, omnium etiam  
linguarum occidentalium exactissi-  
mam sibi notitiam comparauit. Huius  
etiam, dum in hac Vrbe vixi, familia-  
ritate usus, fauentissimam semper eius

Nobilissimo Viro

PETRO CEKLINIO

PRIMARIO SERENISS.

Polonorum Regis Secretario

GEORGIVS DOVSA

S. D.

ET Byzantinæ conuersationis nostræ recordatio, taliꝝ politissimi ingenij admiratio, cuius dexteritate Trinummum Plauii nuper admodum Polonicè loquentiem suspicere & admirari licuit, effecerunt, vi Inscriptio[n]es has tuo nomini inscriborem. Qui enim saepe Constantiopoli de huiusmodi rebus familiariter mecum loquebaris, sciebam te has Επιγεαφάνον aspernaturum; quæ partim à me è monumentis antiquis erutæ, partim à Theodosio Zygomaſa in hoc studiorum genere haud tralatiu[m] versato in aliis Graciæ locis descriptæ sum. Eas itaque amoris & benevolentiae meæ pignus boni consiles, & me, si mereo, amore, quo solebas, amare perges.

GEOR-

## INSCRIPTIONES ANTIQVÆ.

Γ. ΙΟΤΛΙΟΝ. ΣΚΑΠΔΑΝ.  
 ΤΠΑΤΟΝ. ΑΠΟΔΕΔΕΙ  
 ΓΜΕΝΟΝ. ΠΡΕΣΒ. Κ. ΑΝΤΙ  
 ΣΤΡΑΤΙΓΟΝ. ΑΤΤΟΚΡΑΤΟ  
 ΡΟΣ. ΤΡΑΙΑΝΟΤ  
 ΣΕΒΑΣΤΟ :: ΑΚ  
 ΔΟΣΑΡΧΙΣΤΟΝ  
 Κ. ΑΤΤΟΚΡ :: ΑΙΔΙΩΤ  
 ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΝ  
 ΘΤΠΑΤΟΝ ΜΟ  
 ΝΑ. ΛΕΓ. Δ :: Α  
 ΤΙΓΟΝ. ΔΗ :: ΑΝ.

SOLIS. AESCVLA  
 PIO. ET. HYGI  
 AE. FL. MARCI  
 ANVS. >. LEG.  
 XIII. GEM. ET.  
 LEG. XV. APOL  
 IVSSV. FORVM  
 POSVIT.

ANEIKHTIOI  
 KAI. MAXIMOC  
 KAI. ΜΤΡΤΙΛΟC  
 KAI. СТРАВАН  
 MNHMHC. XAPIN

IMP. CAESAR  
 M. AVRILLIO. ANTO  
 NINO. AVGUSTO  
 CAELICIVS  
 FELIX.

N<sup>ο</sup>. ΚΑΛΛΙC  
 ΤΟC. ΦΟΙ  
 ΒΙΩΝΙΤΩ  
 MNHMHC. ΧΑ  
 PIN. ΕΝΚΑ  
 ΤΑΛΙΨΕ. ΕΤΑΙΡΩ  
 KAL. ΕΑΤΤΩ

D. M.

ΖΩΤΙΚΩΝ ΒΑΣΣΟΥΤ  
 ΑΝΔΡΑ ΑΓΑΘΟΝ ΤΟΝ  
 ΦΥΛΗΣ ΙΑ. ΦΥΛΑΡΧΗΣΑΝ  
 ΤΑ ΦΙΛΟΤΕΙΜΩΣ. ΚΑΙ  
 ΑΣΤΤΝΟΜΗΣΑΝΤΑ. Α  
 ΓΝΩΣ. Κ. ΕΡΓΟΝ. ΠΟΙΗ  
 ΣΑΝΤΑ. ΠΟΛΥΤΕΙΜΗΤΟΝ  
 ΕΝ. ΚΟΜΟΚΕΤΙΩ. ΕΚ. ΤΟΝ  
 ΙΔΙΩΝ, Κ. ΚΑΘΗΜΕΡΑΝ,  
 ΠΟΛΛΑ. ΠΑΡΕΧΟΝΤΑ Τ. ΦΥ  
 ΛΗ. ΤΕΙΜΗΘΕΝΤΑ ΕΝ  
 ΕΚΚΛΗΣΙΑΙΣ. Κ. ΒΟΤΛΗ  
 ΦΥΛΗ. ΙΑ. ΝΕΑ. ΟΛΥΜΠΙΑ  
 ΕΠΙΜΕΛΟΥΜΕΝΩΝ  
 ΒΑΣΣΟΥΤ. ΓΑΙΟΥ. Κ. ΑΘΗΝΑΙΟΥ  
 ΣΕΝΤΑΜΟΥΤ. ΤΟΥ. ΤΟΠΟΤ  
 ΔΟΘΕΝΤΟΣ. ΤΠΟ. ΤΗΣ  
 ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ. ΒΟΥΛΗΣ.

IMP. CAESARI. M.  
 AVRELLIO  
 ANTONINO IN  
 VICTO AVGUSTO.  
 PIO. FELICI  
 A. ELLYCINV. V.  
 DEVOTISSIMVS  
 NVMINI EIVS.

DIS MAINIB.  
 L. LVCCIO. L. F. ROM.  
 SECUNDO. COMI +  
 M. VALERI. ITALI  
 LEG. AVG.

L. DIDIO

ΑΓΑΘΗΙ. ΤΑΞΗΙ.

Φ. ΑΙΛΙΑΝΟΝ. ΙΠΠΕΑ. ΡΩΜΑ  
 ΙΩΝ. ΚΑΙ. ΚΑΛΛΙΣΤΗΝ. ΠΙΩ  
 ΤΗΝ. ΑΡΧΗΝ. ΑΡΞΑ. ΤΑ. ΚΑΙ  
 ΠΟΛΕΙΤΟΓΡΑΦΗ ΣΑΝΤΑ  
 ΚΑΙ. Τ. ΠΡΕΣΒΕΤΣΑΝΤΑ  
 ΠΑΡΑ. ΘΕΟΝ. ΑΝΤΩΝΕΙΝ  
 ΟΝ. ΚΑΙ. ΑΓΩΝΟΘΕΤΗ ΣΑΝ  
 ΤΑ. ΤΙΟΥ. ΤΟΤΤΕ. ΚΟΙΝΟΥ  
 ΤΩΝ. ΓΑΛΑΤΩΝ. ΚΑΙ. Σ.  
 ΤΩΝ. ΙΕΡΩΝ. ΑΓΩΝΩΝ. ΤΩΝ  
 ΜΕΓΑΛΟΑΣΚΛΗΙΣΙΩΝ  
 ΠΥΘΙΩΝ. Κ. ΑΡΧΡΕΡΕΑ  
 ΤΟΥ. ΚΟΙΝΟΥ. ΤΩΝ. ΓΑΔΑ  
 ΤΩΝ. ΓΑΛΑΤΑΡΧΗΝ. ΣΕ  
 ΒΑΣΤΟΦΑΝΤΗΝ  
 ΚΤΙΣΤΗΝ. ΤΗΣ. ΜΗΤΡΟ  
 ΠΟΛΕΩΣ. ΑΓΚΥΡΑΣ  
 ΦΥΛΗ

D. M.

L. HENNI. MAR  
 LEG. . . . . QUI  
 VIXIT ANNIS. LXX  
 . . . . . MEM . . .  
 ORIAE. CAVS . . . S.  
 HENNIUS. TERC.  
 ET. HENNIUS. AEMIA  
 NVS. LIB. EIVS.  
 PATRONO. OPTIMO.

TIB. ΚΛΑΤΔΙΟ  
 ΦΙΛΟСΤΟΡ  
 ΣΩΝ. ΝΕΩΤΕ  
 ΡΩΝ. ΦΤΛΗΣ  
 ΙΕΡΑΒΟΤΛΑΙΑΣ  
 ΡΑΤΑ ΑΝΑΓΟΡΕΥ  
 ΣΙΝ. ΒΟΤΛΗΣ. ΚΑΙ  
 ΔΗΜΟΥ. ΤΕΙΜΙ  
 ΘΕΝΤΑ. ΠΟΛΛΑ  
 ΚΙΣ. ΕΝ. ΕΚΚΑΗΣ  
 ΡΑΙΣ. ΑΝΔΡΙΑΣ

E. K. I. ΑΝΔΡΩΝΕ  
 ΙΕΡΟΠΟΙΩΝ. ΣΤΡΑ  
 ΤΗΓΟΝ. ΟΤΡΒΑΝΟΝ. ΠΡΕ  
 ΣΒΕΤΕΝ. ΛΕΓΙΩΝΟΣ.  
 Λ. ΟΤΛΠΙΑΣ. ΝΙΚΗΦΟ  
 ΡΟΥ. ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΝ. Ο  
 ΔΟΥ. ΑΠΠΙΑΣ. ΤΠΑΤΟΥ  
 ΠΡΞΒ. ΑΝΤΙΣΡΑΤΗ  
 ΓΟΝ. ΣΥΡΙΑΣ. ΠΑΔΑΙ  
 ΣΤΕΙΝΗΣ. ΤΡΕΒΙΟΣ  
 ΚΟΚΚΗΙΩΣ. ΑΛΞΑΝ  
 ΔΡΟΣ. ΤΟΝ. ΕΑΤΤΟΥ. ΕΥ  
 ΕΡΓΕΤΗΝ.

ΦΛΑ. ΓΛΥΚΕΡΩ. ΠΑΤΡΙ  
 ΚΑΙ. ΜΗΤΡΙ. ΙΘΑΚΗ. Φ.  
 ΚΑΙ. ΦΛΑ. ΗΛΙΟΔΩΡΩ  
 ΤΩΙ. ΚΑΙ. ΣΑΡΜΩ. ΑΔΕΛ.  
 ΦΩΙ. ΤΟΝ. ΒΩΜΩΝ. ΚΑΙ. ΤΟΝ  
 ΤΟΠΟΝ. ΕΚ. ΤΩΝ. ΙΔΙΩΝ  
 ΦΛΑ. ΕΠΑΦΡΟΔΈΙΤΟΣ  
 ΚΑΙ. ΕΝ. ΓΩ. ΚΑΙ. ΤΟΙ  
 ΧΑΡΙΝ.

Μ. ΑΓΡ. ΔΙΟΝΤΣΙΟΝ. ΓΛΥΚ  
 ΤΑΤΟΝ  
 Μ. ΑΓΡ. ΣΤΑΤΩΡΙΑΝΟΣ. ΤΟΝ  
 ΑΔΕΛΦΙΔΟΤΝ.

Η. ΒΟΥΛΗ. ΚΑΙ. ΟΔΗΜΟΣ  
 ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ  
 ΤΕΚΤΟΣΑΓΩΝ  
 ΕΤΑΜΙCΕΝ. Μ  
 ΚΟΚΚΗΙΟΝ  
 ΑΛΕΞΑΝΔΡΩΝ. ΤΟΝ  
 ΕΑΥΤΩΝ. ΠΟΛΙΤΗΝ  
 ΆΝΔΡΑ ΣΕΜΝΟΝ. ΚΑΙ. ΤΗ  
 ΤΩΝ. ΗΘΩΝ. ΚΟΣΜΙΟΤΗΤΙ  
 ΔΟΚΙΜΩΤΑ  
 ΤΟΝ.

ΣΕΚΟΤΝΔΟΤ ΕΠΙΜΕ  
 ΛΟΤΜΕΝΩΝ.  
 ΠΟΝΤΙΚΟΣ ΆΣΚΑΝΠΙΟΤ  
 ΔΙC. ΦΤΛΑΡΧΗC. ΦΒΛΗC.  
 ΑΤΗ. ΑΣΤΤΝΟΜΗC. ΙΡΑ  
 ΣΑΜΕΝΟC. ΤΗ. ΠΑΤΡΙΔI. ΒΟ.  
 ΛΕ. ΤΟN. ΠΡΟΤΟΝΗΚΟN  
 ΒΩΜΟN. ΕΣΚΕΤΑΣΕN  
 ΧΑΙΡΕ ΠΑΡΟΔΕΙΤΑ.

ΚΛ. ΑΙΜΙΛΙΟN  
 ΦΙΛΩΝΙΔΗN  
 ΤΟΥ. ΓΑΛΑΤΑΡ  
 ΟΤ. ΑΙΜΙΛΙΟT  
 ΣΤΑΤΟΡΙΑΝΟT  
 ΤΙΟN. Η. ΠΑΤΡΙS  
 ΑΝΕΣΤΗΣΕN  
 ΤΠΟΜΝΗM  
 ΠΑΣΗΣ. ΤΗS  
 ΠΕΡΙ. ΤΟN. ΒI  
 ΟN. Α. ΤΗS

ΑΓΔΘΗ. ΤΤΧΗI.  
 ΜΗΤΡΟΠΟΛΙS  
 ΙΟΥΔΙCΝ  
 ΣΑΤΟΡΝΕΙΝ ΟN  
 ΤΟN. ΗΓΕΜΟΝΑ.

Εν τῷ ἀγίῳ Γρηγορίῳ οἱ Νικομηδεῖας,  
καὶ δὲ Σεαλύη τῷ φρέατος.

ΝΙΚΩΝ. ΚΑΙ. ΧΑΡΙΣ. ΝΙΚΩΝΙ. ΤΩ. ΤΙΩ  
ΖΗCANTI. ΕΤΕΑ. Γ. ΜΗΝΑC. ΙΑ. ΧΑΙΡΕΤΕ.

Εν τῇ ἐπισκοπῇ Καζάνι.

Κάσιον Σέκυνδου Αβία Μαζίμα τὸν  
ἔαυτῆς αὐθεντή Νεώχαριν.

Εν τῇ ἐπαρχίᾳ τῷ Πέρας πλησίον τὸ Θρασαλωνίκης  
χώρᾳ Κυντεριώποσαι καλλιμόνη, διατάξει  
πόλις Παυρίσιον.

Επαφερούσα Ζωσίμη τῇ ιδίᾳ σύμβιο  
μνείας χάρει τῇ γλυκείᾳ.

εἰπεῖ.

Μοῖραν ηγέλητη με κατήγαγον εἰς Αΐδαο  
Ούπω, ιδιμφέίς θαλάσσια καὶ πατάδος φύρης  
Γλασάριδον. ἀπηγόνες δὲ λιποτα φάσις Ηγίοιο.

εἰπεῖ.

Εὐτρυχῆς Σερετούκη τῇ σύμβιῳ Σεκυ-  
είᾳ μνείας χάρει. ζῆται ζ.

Τίτια Φλάμνα Επφάγεισα Αύρηλιώ  
Ολυμπονίκων καὶ τὰ τέκνα κύρσαντα  
ἔκεινα, μνείας χάρει.

# LECTORI BENEVOLO.

**A**SOLVTA tandem hac Inscriptio-  
num farragine , visum est Epistolas  
quasdam ad iter meum persinentes huc adiucere,  
cum ob stili elegantiam, tum ut libellus, qui alio-  
qui breuiusculus videretur , paulo maiusculus  
esset. Ets autem Epistola illa Meletij ad Pa-  
trem meum Consolatori secundo iam typis excusa  
prodit : tamen cum exemplaria nulla amplius ex-  
stent, & facile inter schedas seorsum iuxta dita  
perire possit, facturum me operapretium putavi,  
si & illi Epistolæ, ( FRANCISCO inui-  
diā rumpantur ut ilia COSTRō ) in hoc li-  
bello locum darem. Antequam vero illam cum  
reliquis exhibeam, ipsius Meletij vitam , prout  
in Epistolâ mei Itineris Gracè legitur , hoc loco  
Latinè lebitandam proponere volui ; quæ sic  
habet.

MELE-

vehementius ad maiora capessenda  
 excitatus est. Ausus vero generis sui  
 nobilitatem, spendorē, diuitias va-  
 rias, affinitatem, amicos, domesticos,  
 omniaque quæ homines in dēliciis  
 habent, contemnere, vitam solita-  
 riā amplexus est. Cūm autem exi-  
 guum in habitu monastico tempus  
 exegisset, multa, ut hominibus Græ-  
 cis probè cognitum est, cum laude ef-  
 fecit. Sed vero non tam à Senioribus,  
 quam Sancto illo Alexandriæ Patriar-  
 cha \* Silvestro coactus, ad dignitatem  
 Sacerdotalem electus est. Antequam  
 autem Sacerdos designaretur, lumen  
 quoddam super illum splendens à re-  
 liquis visum est, quod virum Sacer-  
 dotali munere non indignum esse te-  
 stabatur. Longum esset, coimmemora-  
 re, quot, cūm iam electus esset, virtu-  
 tibus & exemplis in vitâ suâ enitu-  
 rit, quot labores exantlauerit, quibus  
 & nunc nec minus, Euangeliū in  
 media Ægypto Arabicè prædicans, oc-  
 cupatur.

\* non Ga-  
 briele; vs  
 imposito.  
 rei Elku-  
 ptip per-  
 suaferunt  
 Papa, &  
 Cesari  
 Baronio.

infestantur, à quibus nos, qui sanctæ,  
Catholicæ & Apostolicæ Orientalis Ec-  
clesiæ iussa, placitaque sectamur, Iesus  
Christus liberet & custodiat, cui vna  
cum Patre æterno & spiritu viuifican-  
te gloria & potentia sæculis infinitis,  
amen.

MELÆ

perditionis, atque ē faucibus Orci ad  
 sese pios animos retrahentis. Sic la-  
 psam, sic labilem, sc̄ oportuit hāma-  
 nam ī naturam erudiri: non modo ut ag-  
 nosceret quid sibi, quid Diuinæ gratiæ  
 deberet, sed etiam ut disceret non sibi,  
 neque rebus his caducis anhiciandum,  
 sed spem, fidemque omnem, seque  
 totam in cælestis fauoris reclinandam  
 sinus optatissimos, cui omnibus in re-  
 bus censet Paulus gratias agendas. Ni-  
 hilo enim minus per acerbiores, quam  
 per lætiores rerum euentus nos sibi al-  
 licit sumimus ille Pater hominum, re-  
 sumque conditor, tametsi illas alien-  
 nā culpâ convictas, sūi prouidentiā  
 ad meliores yſus conuertat: has, ipse  
 pariat tum futurarum παραγόνων præco-  
 nia, tum præsentium qualiacunque so-  
 latia malorum. Sed hæc tuāne inter-  
 sint, an aliena sint penitus à tuo de filij  
 optimi obitū dolore, ipse (quā prædi-  
 tus es prouidentiā) iudicabis; nobis qui-  
 dem omni ex parte quam apprimè con-

fertim Christianorum colloquiis, aut  
 etiam literis, diuersitas religionis. aut  
 enim sequestratis quæstionum, curio-  
 sarum praesertim, ambagibus, per  
 charitatis spatiâ vagamur; aut de his  
 etiam de quibus dissentimus, non sine  
 charitate differimus. Horum omnium  
 testem atque participem esse voluit  
 Deus Optim. Maxim. Georgium filium  
 tuum, cuius nobis aduentus consola-  
 tionem attulit non vulgarem: est enim  
 iuuenis generosæ indolis, nihiloque  
 Patre te, viro & ingenio & eruditione  
 pereleganti, degeneris, adde mores ca-  
 didos, progrellusque in literarum sta-  
 dio non contemnendos: is secum attu-  
 lerat literas eruditissimi hominis Simo-  
 nis Simonidis, quibus iuuenem coim-  
 mendabat: erant hæ altera consolatio-  
 nis mihi pars: his omnibus accedebat  
 autoritas grauissima Illustrissimi Ora-  
 toris Angli: Eduardum dico, humani-  
 tate, eruditio, rerum experientia po-  
 liticarum vere illustrissimum, filium

verti cogoretur accitus, remque nobis,  
 qua solebat fiducia, veluti ad Patrem re-  
 ferret; literasque tuas penè lacrymis  
 madidas ostenderet (quām etiam tuo-  
 rum poëmatum copiam fecit non ine-  
 legantūm) peteretque ut aliquid reli-  
 quiarum impartiremur, ne iuuenē or-  
 natissimum ad ornatissimum patrem  
 ἀγέρασον pateremūr reuerti; dōno dedi-  
 mus id quod efflagitauit opus perele-  
 gans Actuarij medicis in rebus non  
 postremum obtinentis locum. Quod  
 ego opus magno consequens orbi  
 communicare destināram: latiorque  
 hanc nostri summam desiderij & vobis  
 futuram ornamen̄to, & amoris nostri  
 argumentum, & ad utilitatem studio-  
 forum prodituram: Quod ut quām  
 emendatissimum prodeat cupimus, pre-  
 stantissimi medici, atque eloquentissi-  
 mi opus. Reliquum est ut hæc vos amo-  
 ris pignora rependatis aliquibus identi-  
 dem amoris pignoribus, non gemmis,  
 non auro, perditorum hominum deli-

eos dico, id est, Orientalis Ecclesiæ  
 alumnos, quod veterum Patrum do-  
 gmata, traditiones, iusta, placita, decretal  
 sectamur, nihil inuenies aliud quam id  
 ipsum, quod Patrum uncontaminata  
 dogmata, traditionesque obseruantes  
 nullis nullorum hominum concitatibus  
 nayotopias falsis, fallacibusque doctrinis  
 abduci patimur ab illis decretis quæ se-  
 ptem tota Concilia vniuersalia (ut Pro-  
 uincialia præter eam) sanxerunt. Synt-  
 bolum quod à primo Niceno concilio  
 confectam secundâ compleuit Syndic-  
 dos, accuratissime spiritus sancti expli-  
 cato articulo, inuolatum conserua-  
 mus. Athanasio falso adscriptum sym-  
 bolum, cum appendice illa Romano-  
 rum Pontificum adulteratum, luce lu-  
 cidius contestamur. Romanum Pon-  
 tificem, Romanum agnoscimus Ponti-  
 ficem. Christianum vnum vniuersalis Ec-  
 clesiæ vniuersale caput cum Paulo præ-  
 dicamus: eundem esse lapidem illum  
 angularem oritur, in quo construendam

disiiciat: nosque omnes nobis ipsis eruptos afflatu Diuini spiritus sibi arctissime coniungat. nec diuinus patiatus dissidere homines, ad quos cum inter se mutuo, tum sibi pariter vniendos filium suum e calorum maiestate, ad terrarum infimas oras descendere voluit. Optimè valeas. Constantinopoli. x.  
Kalend. Nouemb. anno mundi 7<sup>me</sup>  
9<sup>mo</sup>. vi<sup>to</sup>. Salutis M. D. xcvi.

*Meletius Patriarcha.*

H. 5

ΜΕΛΕ-

τὰς τοῦ οἰδόντας ἀστραφαμόν εὐεισά-  
μενῷ, παρ' ᾧ ἔλαβεν τὸν ραδίων, ὁ μετα-  
δένας διωνθείση πλουσίως. ἐμένοις δίπου  
μὴ ἀγνοῶν, ὡς ἐπὶ τοῖς φύστασιν σύγνω-  
μοσιέντη, μελουσῶν γίνεται περικαθέ-  
σιδινή τις δύεργεσιδιν. χρήσεις τοι τούτων  
ταύτεσις ή τὰν ληφθένταν μετάδοσις. δύ-  
φορην Γεώργιον γίνων γεωργίων. ὥστε τοῦ  
Θεοῦ ἐν λογίᾳ (τῷ Παύλῳ) μελανάρχη.  
Ἐντος τούτων κατέβαστο.

Εν Κανταύνης πόλει πυκνέψιδιν Θεού  
Ἄδ. Τούτης τούτης κοσμοθύριας.

Μελέτῳ Παπειάρχης.

MELE-

fœnore aliis tradere poteris. illud vide-  
 licet non ignorans, gratitudinem animi  
 precedentem, futurorum beneficiorum  
 præparationem existere. Acceptorum  
 itaque communicatio, occasione m tibi  
 alias plura accipiendi præbebit. Ferti-  
 lis Georgi sit tua agricultura, ut & bene-  
 dictionis Diuinæ (secundum Paulum)  
 particeps sis, cuius gratiam tibi precor.  
 Constantiopolis. Pr. Cal. Nouembr.  
 anno mundi 739. mo VI. to

*Meletius Patriarcha.*

*Exemplum*

dico, ne mireris, quod scribendi officio  
usque adhuc defuerim : teq. tam feralis  
nuntij tanto tempore expertem habue-  
rim. Obiit quidē ille XII. Kal. Ian. maxi-  
mā nobis omnibus frustatione infectā  
cūn morbū suum sedula dissimularet,

*Spem vultu simulans, intestinumque dolorem  
Alto carde pressens.*

Et ille quidem conscientiā suā beatus, ac  
meliore sui parte Olympi sedibus rece-  
ptus ; nos miseri, quibus existēto illa  
vita iniusta atque acerba. Reliqui vos  
estis, hoc est, octo etiamnuā mihi libe-  
ri sospites ac superstites, in quibus tu fa-  
miliam ducis, ut pote iam natu maximus. Proinde quam personā tibi faci,  
an fortunæ necessitas imposuerit, vides.  
quam prò dignitate aliquando sustine-  
re ut possis, id verò mihi in vōris est pri-  
mum. Cuius equidem rei iam anteā  
certiorem facturis te fueram, si modo  
de loco mihi, ubi id temporis statua ha-  
bebās, compertum aliquid vel explorata-  
rum habuisset. Fecisti tu quidem se-  
dulō,

bus illud longe acceptissimum de Interpretis illius Polonici, natione Armenij, doctrinâ ac virtutibus quod scribis. Nescis, mi fili, quantâ cum animi voluptate illam Epistolæ tue particulam legendō ruminauerim, ubi non modo tanti viri fauentiam vltro tibi oblatam gloriaris ac p̄ædicas, ve am etiam incomparabilis vici. **S I M O N I S S I M O N I D I S.** benevolentiae fores iam pridem patefactas aditum tibi porrò ad doctissimi illius ac disertissimi Interpretis amiciriam concinnasse. Macte istâ industriae indole; Macte tantorum virorum fauentiâ, quam quidem ego pluris æstimo, •

*Quād si me liquidus Fortuna riuus inauret.*  
 Et verò vtrumque meis literis audacter compellaturus fueram, si per negotia Recip. licuisset, ac gratia vtriusque nostrum nomine acturus. Merito utique ac lumbens. Nunc cessato nesse cogor, ac commodiori temporis hoc scribendi officium reservare, præsentim ad **S I M O-**

incram aliquam obiectare possit. Venies utique omnibus tuis nimium desideratus, ac Benevolentanus fies ex Batauo. Vale ac veni. Raptim Hagâ Comitis. xiii. Kal. April. stilo nouo.

Epistola binæ Silvanis Simonidis  
ad eundem Georgium Leopoli  
Constantinopolim missæ.

Doctissimo atque Ornatissimo Fiueni Georgio  
Domino & amico obseruandissimo.

Nobilissime iuuenie.

Post tuum à nobis discessum, pro in-  
tuo nostro amore, sollicitum me fuisse  
existimare debes; quomodo itiner hoc  
tibi cesserit, ecquid incolumis petita  
loca attigeris, valueris ne usque, & ca-  
tera eiusmodi; quæ araci pro amicis  
absentibus tñnere. Tum illud  
veniebat in mente, domine te non  
tam ampliter habitum, prout familiæ

Alterius Epistolæ exemplum, cuius  
inscriptio erat huiusmodi:

*Nobilissimo uiueni Georgio Dousæ amico charif-  
fimo, in Aula Legati Angli Constantinopoli.*

S. P. Antonius vicinus meus reddidit mihi à te epistolam, perbreuem illam quideim; sed tamen quod à te, gratissimam; yellem enim perennem hanc nobis amicitiam esse, quæ q[uo]d non iam inter absentes vix alia ratione commodiūs rerineri solet, quam litterarum frequentia, usurpemus quæso officij hanc mutationem. Ego meam vicem non committam, desiderari à te diligentiam meam. De te itidem mihi persuadeo, obsecuturum te, pro benignitate tua, votis meis. Itiner hoc felix tibi cef- sisse gaudeo; turbatum tamen non nihil à nebulone illo \*\*\* de eo; sed nos im- prouidi, qui ianum & librum quicquid sperabamus ab hoc te fætu. Tu ipse videras, quæ mandata acceperat su-

BON. VULCANIUS

135

· G E O R G I O D O V S A

Fum. Nobilis. doctissimoque

S. P. D.

ITANE vero Georgius Douſam  
Vulcanij sui immemorem, ut ex  
longinquâ istâ peregrinatione Con-  
stantinopolitanâ redux, Leidaque Ha-  
gam iter faciens, insalutatum illum  
præterierit?

et amor hoc me Douſa meus sperare ne-  
bebat?

Sed video, amice, mihi ~~forr~~ ~~quæcav~~ care,  
quid in causa fuerit. Vicit amorem in  
me tuum pietas parentibus debita, cu-  
ius præstandæ studium effectit ut hæc  
officioli omissione ~~re~~ tibi ~~de~~ videre-  
tur. Volesti enim parentibus optimis  
fratris tui Ianci Deafax, enis incompa-  
bili immaturo pro. Dom immorta-  
lem obitu coaste. is atque uti Ho-  
meri mei verbis utar ~~δληπταλεσοι~~ plenum

dicabat, nisi illius exuberantiam in amicos deriuaret. Supersedebo itaque nunc temporis longiori, quam iam animo meo conceperam, scriptio[n]i, neque pluribus verbis apud te te[st]abor quanto-pere hoc nunc s[ic] fuerim exhilaratus. Cras enim, volente Deo, me magno illi literarum Principi v[er]libram adiungam, & in tuos amplexus ruam, omnemque animi mei sensum coram in tuum sinum effundam. Vale φιλτάτην εφαλή. Lugduni Batavorum. xxii. Maij  
clo. I. xciiix.

Bon. Vulcanius eidem Geogia

S. P. D.

Quantâ ego superioribus hisce diebus cum voluptate & gaudu[m], post multos amplexus, vniuersam longinqua istis difficultate que reregrinationis ratione n[on] ex te cognoscitur, nullis litis, mi Eous, ver exp[er]ire possum. Miratus enim atque adeo exosculatus


I 5

cram

etan. arque exploratam morum tuorum suavitatem integratemque cum eximiâ eruditione & Latinae Græcaeque linguæ summâ penitâ coniunctam, quæ illos non in amorem tui tantum pelleixerunt, sed in admirationem quoque rapuerunt. Quæ cùm ita sint, mi Dousa, sumtuæ & laboris & periculi plenam peregrinationem n insigni inter tuæ notæ, hoc est, prima æ nobilitatis Batauicæ Iuvenes exemplo, summâ animi magnitudine alacritateque suscep-  
ptam, comite ac dace Homericâ illâ diu<sup>z</sup> quam ille Vlyssi <sup>την απροσδοκητων</sup> præstó-  
rue iemper fuisse fingit, felicitate perfe-  
ceris; reliquum est ut in ipse tantum  
instituti tui summâ cum laude maxi-  
moque omnium applausu tracti glo-  
riâ fruoris, sed ut uberrimis laborum  
tuorum fides publice communices.  
Quod quidem facias, scilicet animi ala-  
critis præclare illa <sup>την</sup> summi Græco-  
rum monumenta, quæ squallore  
perieruta in lucem protuleris, orbí-  
que

Maglo Logothetæ aliisque id genus  
authoribus, quos magno studio com-  
parasti adiuncta magnum, vñi spero,  
rebus Constantinopolitanis splendo-  
rem adferent. Vale, & mea cœmnia  
habe pro tuis. Lugduni Bataucrum.  
clo. Ic. xcix. vi Cal. Iunias.

FINIS



ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ



007000038821